Digitized by Google

S 64 Linc.

Digitized by Google

Lincl Bibl:

Digitized by Google

~~S 64 Line.~~

Digitized by Google

Lord Bibl:

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

CHRISTOPHORI SAXII
ONOMASTICON LITERARIVM,
sive
NOMENCLATOR
HISTORICO-CRITICVS
PRAESTANTISSIMORVM OMNIS AETATIS, POPVLI, ARTIVMQ. FORMVLAE SCRIPTORVM,

item

MONVMENTORVM *maxime* ILLVSTRIVM,

AB ORBE CONDITO

vsque

AD SAECVLI, *quod vivimus*, TEMPORA

DIGESTVS

ET

VERISIMILIBVS, QVANTVM FIERI POTVIT,

ANNORVM NOTIS

ACCOMMODATVS.

PARS SEXTA.

TRAIECTI AD RHENVM,

Apud { G. T. à PADDENBURG, & Filium. / ABRAH. à PADDENBURG, / B. WILD, & J. ALTHEER, / & / IOH. vanSCHOONHOVEN, Viduam } Bibliopolas.

MDCCLXXXVIII

250 c. 150.

Digitized by Google

ONOMASTICI LITERARII

PARS SEXTA,

FONTIVM vel INSTAVRATORES, vel INTERPRETES,

hoc est,

PRIMARIOS OMNIS ARTIVM et DOCTRINARVM FORMVLAE

SCRIPTORES RECENTISSIMOS,

inde a

SAECVLI nostri DVODEVICESIMI Anno $\overline{I}^{mo}$.

vsque ad

EIVSDEM SAECVLI VNDEQVADRAGESIMVM COMMEMORATOS, EXHIBENS,

Suisque singulos Annis, quibus vel primum, vel maxime, claruisse videntur,

ALLIGANS,

vna cum

APPENDICVLIS TRIBVS PARTIS $\overline{III}$. $\overline{IV}$. et $\overline{V}$.

et

ANALECTIS PARTIS HVIVS SEXTAE.

Digitized by Google

SAEC. XVIII | AER. CHR. | PARS SEXTA.

Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio* 1658. = 1705.

1701. **D***ominicus de* ANGELIS, Aletio Salentinus, Historicus, & Philologus Neapolitanus, cuius industriae debemus primo Diatriben de patria Ennii, (*della Patria d'Ennio*,) *Romae*, hoc anno editam, typisque renovatam *Neapoli*, (Florentiae,) 1712. 8. nec non omnium novissime in *Calogerae Opusculis*, *Raccolta d'Opuscoli Scientifici*, Tom. V. p. 1.=87. vbi etiam reperitur *Metelli Alexandri Darivae* Responsio ad dubitationes *Joh. Bernardini Tafurii*, (*Rispoſta alla Critica fatta dal Sign. Tafuri, intorno alla patria di Ennio*) Tom. XI. p. 433.=477. tum vitas hominum eruditorum Salentinorum, (*Le vite de Letterati Salentini*) Neapoli, 1710. et 1713. 4. vulgavit duobus codicibus.

Nat. 1675.=Θ. 1718.

vid. *Fabricii Conſpectus Theſauri literarii*, p. 300. — *Chaufepié Nouveau Dictionaire*, T. I. voc. (Domeniqve de) *Angelis*, Auteur de pluſieurs ouvrages. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1026. — *Io. Maria Mazzuchelli, Gli Scrittori d'Italia*, Vol. I. Part. II. voc. (Domenico de) *Angelis*, rinomato Scrittore, p. 756.=760.

1701. *Carolus* AQVINVS, ſ. *de* AQVINO, Neapolitanus, Sacerdos Ieſuita, Rhetor, carminum Scriptor, Historicus, & Lexicographus Collegii Romani, hoc anno *Carmina*, *Romae*, 8. tribus codicibus, *Lexicon militare*, *Romae*, 1724. fol. duabus partibus, *Additiones ad Lexicon militare*, *Romae*, 1727. 8. *Vocabularium Architecturae aedificatoriae*, *Romae*, 1734. 4. item *Nomencla-*

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus. — — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705.		*torem Agriculturae, Romae*, 1736. 4. in publicum prodire iussit. Nat. 1654.=⊖. 1737. vid. *Io Maria Mazzuchelli* Scrittori d'Italia, Vol. I. Part. II. voc. (Carlo d') *Aquino* p. 910. 911.
	circa 1701.	*Thomas Nicolaus* AQVINAS, (vulgo: *Tomasso Niccolo d'Aqvina*) Tarentinus, Historicus, & Poëta, post cuius demum mortem *Deliciae Tarentinae*, versibus celebratae, lucem aspexerunt Neapoli, 1771. 4. editore *Cataldo Carduccio*, eius tribuli, et cognato. Nat. 1665.=⊖ 1721. vid. omnino *J. J. Biörnstählς Reizen*, Part. I. p. 352. 353.
	1701.	*Vincentius* COLLESSO, nescio cuias, ICtus, qui hoc ipso anno *Martialis Epigrammata in vsum Delphini paraphrasi et notis variorum selectissimis* interpretari ausus est, *Amstelaedami* 8. pessimo instituto reiectis ad calcem omnibus lasciviae nequitiis, vt sic rerum impurarum studiosi turpissima prosligati pudoris argumenta in promtu habeant. Quo magis miratus sum de hac editione & editore iudicium *Joh. Fabricii*, in *Histor. Bibl.* Part. VI. p. 323. 324.
	1701.	*Dominicus de* COLONIA, Aquisgranensis, sacerdos Jesuita, Archaeologus, & Historicus Lugdunensis Gallo Francus. hoc anno antiqva Lugduni vrbis monumenta resuscitare coepit, edito libello: *Antiqvitez de la ville de Lyon, avec qvelques singularitez remar-*

Digitized by Google

Principibus.

Leopoldo, Ferdinandi III. filio 1658. = 1705.

marqvables preſentées a Mſgr. le Duc de Bourgogne, à Lyon, 1701. 8. v. *Mémoires de Trevoux* 1701. Tom. II. Part. I. Art. XV. p. 72. ed. *Amſtel.* qui libellus ſenſim paulatimque auctus aliam atque aliam induit formam, mox ſub titulo *Hiſtoriae literariae Lugduni vrbis*, (Hiſtoire litteraire de la ville de Lyon avec une Bibliotheque des Auteurs Lyonnois ſacrés et profanes diſtribués par Siécles, *à Lyon*, 1728. 4.) prodiit, (v. *Act. Erudit. Lipſienſ.* 1728. Aug. p. 362. *Mémoires de Trevoux* 1729. *Januar.* Art. 66. p. 1092. & *Jul.* Artic. 72. p. 1235. *Journal des Savans* 1729. *Jul* p. 315. *Aug.* p. 445. it. A. 1731. *Jul.* p. 316. ſeq. et *Aug.* p 460.) mox prima tantum Pars, quae res vetuſtas illius vrbis continet, typis renovata eſt, hoc ſub indice: *Antiqvités de la Ville de Lyon par le P. D. D. C. J. à Lyon.* 1738. 12. duobus codicibus, de qua editione v. *Act. Erud. Lipſ.* 1743. *Septembr.* Part. II. p. 574. vbi relationis auctor huius libri auctorem nescire videtur, quibus tamen literarum notis nihil eſt inuentu proclivius, etenim plene ſic reddi potuiſſent: *par le Pere Dominiqve De Colonia, Jeſuite.*) neque haec editio alia re a ſecunda differt, niſi enumeratione rerum quarundam memorabilium, viſuque dignarum in peregrinantium gratiam, a p. 475. (*Recherches des autres choſes remarqvables, qvi peuvent attirer l'attention des etrangers*) nonnullisque tabulis, qvae acceſſerunt, Chalcographicis. Ceterum varias alicubi de ſuperſtitibus priſci aeui monumentis disputationes vulgauit, tamqvam: *Decouverte et Explication*

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio* 1658. = 1705.		*d'une Colonne de Conſtantin le Grand, trouvée à Arles*, in Memoires de Trevoux 1701. Tom. II. P. II. Art. XXIV. p. 278. item *Diſſertation du même Auteur ſur une Colonne milliaire d'Arles des Empereurs Theodoſius & Valentinianus*, ibidem, *Art.* XXV. p. 282. porro *Diſſertation ſur un Monument antique decouverte à Lyon ſur le Montagne de Fourviere, au mois de Decembre* 1704. *a Lyon*, 1705. 12. v. *Mémoires de Trevoux* 1705. *Jun.* Art. 95. p. 996. cuius excerpta dedit in *Hiſtoria Literaria* Lugdunenſi, c. XI. a p. 481. tum *Remarques du R. P. de Colonia de la Compagnie de Jeſus ſur une Inſcription du tems de Charle VIII. nouvellement decouverte a Lyon*, (*Mémoires de Trevoux*, 1707. Decembre Art. 163. p. 2164.) *Coniecture du R. P. de Colonia ſur les tuyaux de plomb antiques trouvez dans le Rhone près de la ville d'Arles.* quorum tubulorum vni inſcriptum erat IVLius PAVLus LVGDunenſis FACiebat. ali L. TERTINIVS F. pluribus aliis TIberius CLAVDius CAESar. — Eiusdem quoque eſt *Diſcours lu dans l'Aſſemblée publique de l'Academie le Lyon le 29. d'Avril* 1727. *par le ſavant Pere de Colonia, Jeſuite*, in *Continuation des Mémoires de Literature de Mſr. de Sallengre*, Tom. VI. P. II. p. 343. Nat. 1660. = Θ. 1741. vid. *G. Stolle* ad *Heumanni Conſpectum*, p. 589. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1171.
	1701.	*Nicolaus* HENRIONus, Campanus Franciae, Philologus, & Archaeologus numarius Pa-ri-

Principibus.

Leopoldo, Ferdinandi III. Folio. 1658. = 1705.

risiensis, cuius est *Discours sur l'vtilité des Medailles prononcé dans l'Assemblée de l'Academie des Medailles de Paris*, in *Memoriis Trevoltinis* 1702. Tom IV. P. V. Art. XI. p. 386. ed. *Amstel.* item: *Remarques sur les Medailles Samaritaines, qvi portent le nom de Simon*, in *Historia Academiae Inscript. Paris.* Tom. III. p. 198. ed. *Paris.*

Nat. 1663. = ☉. 1720.

vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1310.

1701. *Johannes Alphonsus* TVRRETINVS, *Francisci*, (cuius numus extat in *Museo Mazzuchelliano*, Tom. II. Tab. CXXXIII. No. III. ad p. 141. 142.) Filius, Theologus Calvinianus, & Historicus Academiae Genevensis, hoc anno *de Ludis Saecularibus* (Romanorum) *Academicas Quaestiones, Genevae.* 4. in lucem prodire iussit. Inde variis non protriti argumenti disputationibus & orationibus haud vulgarem inter Theologos eruditos nominis sibi famam peperit, veluti *Oratione de multiplici sacrarum antiquitatum vsu ac praestantia*, *Genevae*, 1702. 4. in *Kappii Oratt. Selectioribus* repetita, p. 88. = 113. Oratione *panegyrica* in *obitum Gvilielmi III. Magnae Britanniae regis*, *Genevae*, 1702. 4. Oratione *de studiis emendandis & promovendis*, *Genevae*, 1704. 4. item *de Saeculo XVII. erudito, & hodiernis literarum periculis*, ibidem eodem A. 4. (cui *Kappius* etiam inter *Oratt. select.* p. 497. locum fecit,) *Oratione de eruditionis & pietatis nexu*, *Genevae*, 1706. 4. de *Scientiarum vanitate et praestantia*, ibidem eodem A. 4.

SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEXTA.

Principibus.

Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705.

de *Theologo veritatis & pacis ſtudioſo*, ibid. eod. *de pace Proteſtantium Eccleſiaſtica, et de componendis Proteſtantium diſſidiis, Genevae*, 1707. 4. *de variis Chriſtianae doctrinae fatis*, ibidem 1708. 4. de *variis Theologiae capitibus, Genevae*, 1711. 4. *Cogitationibus* de *Controverſiis, ſenſu communi, traditionibus, ſuperſtitionibus, Genevae*, 1713. item, de *religione et Theologia*, ibidem, eod. A. 4. oratione Saeculari francica: *Sermon ſur le Jubilé de la Reformation de la Republique de Zurich prononcé à Geneve* 1719. 4. *Diſſertatione de Exiſtentia Dei, Genevae*, 1730. aliisque huius generis, quae omnes aut *Opusculorum* eius *Varii generis*, Tomis duobus, *Brunſvigae*, 1725. 8. aut *Orationibus* eius *Academicis, Genevae*, 1737. 4. editis, comprehenſae ſunt.

Nat. 1671. = Θ. 1737.

Eius imago cernitur in numo *Muſei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CLXII. No. II. ad p. 257. ſ.

vid. *Io. Fabricii Hiſtor. Biblioth.* Part. III. p. 360. — *G Stolle* ad *Heumannum*, p. 430. 431. — *Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Jean Alphonſe) *Turretin*, Theologien. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1663.

1701. *Cornelius Dietericus* KOCH*ius*, Weſtphalus, Theologus Lutheranus, Philologus, et Philoſophus Academiae Helmſtadienſis. Poterat quidem ſuperiori anno collocari, propter *disputationem de Eloquentia et poëſi Moſis, Helmſtadii*, 1700. 4. editam, ſed non minus idoneum ſtadii ſui, in quo laudabiliter de-

Digitized by Google

Principibus.

Leopoldo, Ferdinandi III. Polio 1658. = 1705.

decurrebat, principium, hunc annum, feret, quo *Dissertationes II. de moribus Poëtarum, Helmstadii* 1701. 4. emisit, & deinceps haud vulgaria eruditionis suae argumenta ad posteros reliquit, tanquam *Programma de Aristotele in numo aureo, Helmstad.* 1703. 4. *Programma de abusu Logices, Helmstadii* 1704. 4. *Dissertationem de impietate, magno sapientiae impedimento, Helmstad.* 1705. 4. *Programma, quo Dialectica & Analytica moderna, & Historia Logicae promittuntur, Helmstad* 1708. 4. *Programma de Theologia naturali barbarica*, ibid. 1709. 4. *Initia Polyhistoris Logici, Helmstadii* 1710. 4. *Theologiae Pythagoricae Compendium*, ibid. eod. anno, 4. *De re numaria Vet. & Nov. Testamenti, in Joh. Harduinum*, ibid. 1711. 4. *De numorum Ebraicorum Inscriptionibus Samaritanis*, ibidem, 1712. 4. *Incrementum Polyhistoris Logici, sive Historiam Logicae Patriarcharum*, ibidem, 1713. 4. Παρεργον *Criticum de praestantia Poëseos Germanicae prae Gallica et Italica*, ibidem 1715. 4. *Dissertationem de fatis studiorum apud Arabes*, ibidem, 1719. 4. *Dissertationem de Anno natali Iesu Christi per numum et fata Antipae, Herodumque ceterorum, demonstrato, ibidem*, 1721. 4. *Disquisitionem coniecturalem, qua Lex XII. Tabularum de furto per lancem liciumque concepto explicatur*, ibidem, eodem a. 4. Dissertationem, *quod Chronologia Henschenia-na, quae est in Actis Sanctorum Antuerpiens. (mense April. Tom. I.) nihil iuvet profectionem Petri Romanam*, ibidem, eod. a. 4. *Disquisitionem de disputationibus nonnullis in Ecclesia*

SAEC. XVIII	AER. CHR	PARS SEXTA.
Principibus.		*cleſia medii aevi infelicibus, nominatim de Felice Vrgelitano, et Elipando Toletano*, ibidem, eod. a. 4. & tandem Orationem *de Academia Julia, disciplinarum emendatrice, dicta natali die Academiae, Helmſtadii*, 1723. 4.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705.		Nat. 1676 =Θ 1724. vid *Jo. Fabricii Hiſt. Bibl.* Part. IV. p. 194. =196. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1367.
	1701.	*Henricus* PIPPINGius, Lipſienſis, Theologus, & Hiſtoricus Dreſenenſis, qui tametſi iam *De curioſo novitatis ſtudio, Lipſiae*, 1687. 4. item *de potu ſupplicii & puniendis, et patienti Chriſto prodromo, Lipſiae*, 1688. 4. nec non *de triplici corona Romani Pontificis, Lipſiae*, 1692. 4. diſſeruiſſet, tamen proprie ab hoc anno nominis claritatem meruit ſcripta ſingulari *Epiſtola gratulatoria ad G. F. Seligmannum, qua Rectorum Academiae Lipſienſis vsque ad A.* 1700. *Syllabus* exhibebatur, *Lipſiae* 1701. 4. inprimis poſtquam *Arcana Bibliothecae Thomanae Lipſienſis ſacra* pateſecerat, *Lipſiae*, 1703. 8. *Sacrum Decadum Septenarium, memoriae Theologorum noſtra aetate Clariſſimorum renovatae*, indicem, *Lipſiae*, 1705. 8. praeterea *Triadem Decadum ... Sacro Decadum Septenario iungendam*, Lipſiae 1707. 8. et *Exercitationes Academicas iuveniles, quibus acceſſerunt duae eiusdem Diſſertationes Epiſtolicae recentiores, Lipſiae*, 1708. 8. vulgauerat.
		Nat. 1670. =Θ. 1722. vid. *Io. Fabricii Hiſtor. Bibl.* Part. V. p. 504. G.

Digitized by Google

SAEC. XVII. | AER. CHR | PARS SEXTA.

Principibus.

Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705.

G. Stolle ad Heumannum, p. 797. 798. — Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. II. p. 1514.

1701. *Johannes Andreas* PLANERVS, Strehla Misnicus, Mathematicus, & Historicus Academiae Vitembergensis, hoc anno *Historiam Varisciae, sigillatim vrbis Curiae, Witeb.* 4. elaborauit, simul *Panegyricum* in *Seb. Kirchmayeri honorem Witebergae habuit*, fol. & 4. tum *de Epistola Enthymematica, s. Extemporali Libros* III. *Vitemberg.* 1706. 8. et *vitam Ioh. Bapt. Roeschelii*, ibidem 1713. 8. concinnauit, deinceps *Panegyricum Ioh. Henrico Feustkingio* dixit, *Witeb.* 1714. fol. & *Tractatum de Gyneceo docto*, *Witeb.* 1715. 4. in publicum emisit.

Θ. 1714.

1701. *Henricus Leonardus* SCHVRTZFLEISCHIVS, *Conradi Samuelis*, (de quo Part. V. p. 157.) frater, Corbacio-Valdeccensis, Duci Vinariensi a Bibliotheca, Philologus, & Historicus, hoc anno *Historiam Ensiferorum ordinis Teutonici Livonorum*, *Vitembergae.* 8. descripsit, nec minori deinceps ingenii diligentiaeque laude pomoeria literarum protulit. Mox enim *Annum Romanum Julianum*, *Vitembergae* 1704. 4. in vsum & memoriam reuocavit, mox *Commodiani Instructiones adversus Gentium Deos*, *Vitembergae*, 1705. 4. recognovit, *Anton. Pagii Dissertationem Chronologicam de Periodo Graeco-Romana denuo edidit, & problematibus, vsum eius commonstrantibus locupletavit*, *Vitembergae* 1705. 4. *Io. Baptistae Belli Diatriben de Pharsalici conflictus mense, & die accessi-*

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus		*one marmoris Maſſeiani locupletavit, & praefatus eſt*, ibidem, 1705. 4. item ſingulari *Epiſtola inter ſe* contulit *rationes Euſebii & marmoris Arundelliani*, ibidem 1705. 4. porro *Orientii Commonitorium fideliun variorum adnotationibus*, illuſtravit, *Vitembergae*, 1706. 4. *Hoſvithae Opera partim ſoluto, partim vincto ſermone conſcripta* recognovit, & repurgavit, *Vitembergae*, 1707. 4. Fratris ſui *Dionyſium Longinum* ad fidem Codicum, a Tollio omiſſorum, recognitum, in lucem emiſit, ibidem, 1711. 4. vti etiam *Epiſtolas* fratris *arcanas varii argumenti*, *Halae Magdeburgicae*, 1711. & 1712. 8. Tomis duobus, item *Epiſtolas Selectiores cum Memoria auctoris*, Witebergae, 1712. 8. exire iuſſit, qvae poſthaec emendatius, ibid. 1729. 8. lucem viderunt. Sic ipſi debuimus *Notitiam Bibliothecae Principalis Vinarienſis* primum *Vitebergae*, 1712. 4. iterumque auctius, *Jenae* 1715. 4. editam, *Thaddaei Donnolae de patria Propertii Disputationem, Prolegomenis, Annotationibus & indicibus auctam, Vitembergae* 1713. 8. *Acta Literaria, quibus Anecdota Animadverſionum Spicilegia e codicibus Mſſ. quorumdam eruta comprehenduntur, Vitembergae* 1714. 8. *S. Orientium Supplemento auctum, ſive novam e Codice MSto Bibliothecae Oxonienſis recenſionem, & curas poſteriores ad L. II. Orientii, Vinariae*, 1716. 4. & Fratris eius *Spicilegium Animadverſionum in Juvenalis Satiras XVI. Vinariae*, 1717. 8.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705.		

Θ. 1723.

Icon eius ante *Epiſtolarum arcanarum* fratri eius Tomum II. vid. *Io. Fabricii Hiſtor Bibl*

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus.		*Bibl.* Part. V. p. 255. 256. 397. 398. — *Stolle* ad *Heumannum*, p. 843.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio* 1658. = 1705.	1701.	*Thomas* JOHNSONus, Philologus & Criticus Scholae Etonenſis, hoc anno *Phaedri Aeſopicas fabulas conjecturis & Explicationibus in vſum Scholae Etonenſis* illuſtrauit, *Londini*. 8. it. 1708. 8. tum *Sophoclis Aiacem & Electram ſcholiis veteribus & notis perpetuis* ornauit *Oxoniae*, 1705. 8. vti etiam eiusdem *Antigonen, & Trachinias*, Oxoniae, 1708. 8. (v. *Act. Erud. Lipſ.* 1708. p. 148.) vnde *omnes Trogoediae Septem* vno faſciculo trium Codicum comprehenſae prodierunt, *Londini*, 1746. 8. Sic etiam *Cebetis Tabulam* noua verſione, ſelectisque Criticorum & ſuis adnotationibus planiorem fecit, *Londini*, 1720. 8. Chartas eius apud *Hauwkins*, Equitem Londinenſem, ſuperſtites A. 1785. incendio periiſſe Actorum diurnorum fama tulit. vid. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 697.
	1701.	*Jacobus* VPTONVS, Etonenſis, Philologus Scholae illius oppidi, hoc anno, vt videtur, ποικίλην ἱστορίαν, id eſt, narrationum Syllogen, graece & latine in vſum Scholae Etonenſis vulgavit *Londini*, 8. (v. *Fabricii Bibl. Graec.* VI. c. X. p. 639. 640. Vol. XIII. vbi dubito, an idem *Jacobus* ſit, qui ibi *Joannes* dicitur) proximo certe anno 1702. *Dionyſium Halicarnaſſeum de Structura Orationis* graece & latine cum integris *Sylburgii* animadverſionibus & *Simonis Bircovii*, Poloni, *Exemplis latinis* recenſuit, *Londini*, 8.

SAEC. XVIII	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio* 1658. = 1705.	1701.	*Franciscus* II. BVRMANNVS, *Francisci* I. (de quo Part. V. p. 71.) Filius, Traiectinus, Theologus, & Philologus, mox Amstelaedamensis, mox Academiae nostrae, hoc anno Manes paternos aduersus Spinosismi criminationes defendit, scripta *Burmannorum pietate*, *Traiecti*, 8. Optima est eius Oratio auspicalis, quam Professionis Theologiae in Academia nostra adeundae causa recitauit, *Theologi* titulo insignita, & a me suo iure laudata in *Oratione de Artium Graecarum Romanarumque iudicio hodie regundo*, p. 63. Nat. 1671. = ☉. 1719. Versus *Petri Burmanni* in effigiem fratris eius *Francisci* extant in illius *Poëmatibus*, L. IV. p. 340. vid *Gasp. Burmanni Traiectum eruditum*, p. 54. = 56. — *Series Professorum* Academiae Traiectinae in calce *Orationis Drakenborchianae* in *natalem Saecularem Academiae*, n. LIX. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1122.
	1701.	*Janus Guilielmus* MEELIVS (vulgo: *van Meel*) ICtus, & Philologus Amstelaedamensis, Societatis Coloniae Surinamensis Curatoribus a Secretis, e cuius *Bibliotheca* vti *Epistolae miscellaneae virorum doctorum* huius & superioris saeculi adiectae fuerant *Francisci & Joannis Hotomannorum Epistolis*, *Amstelaedami*, 1700. 4. editis, a p. 425. sic ex eadem *Insignium virorum Epistolae Selectae* hoc ipso anno primum prodierunt, *Amstelaedami* 1701. 8. Dolendum est nec *Gruterianae Lampadis Criticae*, accuratius & locuple-

Digitized by Google

SAEC XVIII	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus.		pletius edendae, nec *Rutiliani Itineris* illustrandi consilium perfeciſſe. De vtroque saltem vide *Historiam Criticam rei publicae literariae Maſſoni*, Tom. IV. p. 277. & Tom. VII. p. 462. ſ.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio* 1658. = 1705.	circa 1701.	*Petrus* RELANDVS, *Adriani* (de quo Part. V. 535.) frater, ICtus, Senator Harlemensis, & Archaeologus, cuius pereximios *Faſtos Conſulares* poſt mortem luce publica donavit frater *Adrianus*, *Traiecti Batavorum* 1715. 8. ⊖. 1715. circiter. vid. *Paqvot Mémoires*, Tom. I. p. 23.
	1702.	*Franciscus* ARISIVS, Cremonenſis, ICtus, carminum Scriptor, & Hiſtoricus, quamquam non nego iam ſuperioris Saeculi A. 77. carminis etrusci, *Cremonae* in 4. editi, periculum feciſſe, tamen hoc demum anno nomen eius maxime celebrari coepiſſe *Cremona Literata* teſtatur, tribus codicibus in vulgus emiſſa, & abſoluta, primo quippe Tomo *Parmae* 1702. fol. altero ibidem, 1705. fol. et tertio demum, ibid. 1741. fol. typis deſcripto. Nat. 1657. =⊖. 1743. v. *David Clement Bibliotheqve curieuſe*, Tom. II. p. 71. 72. (45.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1035. — *Io. Maria Mazzuchelli gli Scrittori d'Italia*, Vol. I. Part. II. voc. (*Francesco*) *Ariſi* p. 1086. = 1092.
	1702.	*Johannes Chriſtophorus* BATTELLVS, Saſſo-Corvarienſis Dioeceſeos Vrbinatis, Archaeologus Romanus, qui non modo *Expoſitio-*

SAEC XVIII.	AER. CHR	PARS SEXTA.
Principibus.		*nem aurei numismatis Heracliani ex Muſeo Clementis XI. Pontificis Maximi, Romae*, hoc anno, 8. dedit, ſed etiam paulo poſt *Diſſertationem de Sarcophago Marmoreo Probi Anicii et Probae Faltoniae in templo Vaticano, Romae* 1705. 8. elaborauit (v. *Act. Erud. Lipſ.* 1706. p. 202. & *Mémoires de Trevoux* 1708. Menſ. Mai. Act. 67. p. 876.) nec non *Epiſtolam ad Io. Mar. Lanciſium de Veſtigiis Villae Plinianae* reliquit.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705.		Nat. 1658. =θ. 1725.
		vid. *A Bandurii Bibliotheca Nummaria*, n. CLXIII. p. 178. — *Io. Maria Mazzuchelli Gli Scrittori d'Italia*, Vol. II. Part. I. voc. (Gio. Criſtoforo) *Battelli*, p. 547. 548.
	1702.	*Petrus Marcellinus* CORRADINI, Setinenſis, (Sezza) Pontificis purpuratus ſatelles, Episcopus Tusculanus, Hiſtoricus, & Archaeologus, hoc anno *de civitate & Eccleſia Setina, Romae*, 4. expoſuit, (v. *Act. Erud.* 1703. p. 449.) mox *Vetus Latium Sacrum et profanum*, Tomis duobus, & monumentorum picturis, *Romae*, 1704. & 1705. 4. illuſtravit, (v. *Act. Erud.* 1706. p. 310.) idque ipſum poſtea opus *Ioſephus Roccus Vulpius, Patavii*, quinque codicibus auxit.
		Nat. 1658. =θ. 1743.
		vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1177. & addantur *Acta Eruditorum Lipſienſ.* 1755. Jun. Part. I. p. 334. =336.
	1702.	*Bartholomaeus* FARINA, Cancellarius Bergomas, & Hiſtoricus, hoc anno *de Bergomi origine & Fatis Commentarium* etruſc-
		ſe

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus.		ſermone Patavii adornauit, quem *Abrahamus Preigerus* latine redditum ſuisque obſervatiunculis illuſtratum *Theſauri Italiae* Tomo IX. Parti VII. inſerendum curavit. de cuius Scriptoris non admodum tuta fide vid. *P. Burmannus* in *Praefatione* ad Tomi IX. *Partem Sextam*, p. (10) (11.)
Leopoldo, Ferdinandi III. *Folio.* 1658. = 1705.	1702.	*Jacobus* LADERCHIus, Presbyter Congregationis Oratorii Romanus, Hiſtoricus, hoc anno *Vitam S. Petri Damiani, Cardinalis & Episcopi Oſtienſis* ſex libris deſcriptam edidit *Romae*, 4. tribus tomis. tum alia non levioris argumenti ſcripta in publicum emiſit, veluti *Diſſertationem de SS. Baſilicis SS. Martyrum Marcellini Presbyteri, & Petri Exorciſtae de vrbe, Romae*, 1705. 4. *Acta S. Caeciliae, & Tranſtiberinam Baſilicam, Saeculorum ſingulorum monumentis aſſertam & illuſtratam, Romae* 1722. 1723. 4. duobus codicibus. ſub *Odoacri Ilbachii* nomine *Acta Sanctorum Chriſti Martyrum vindicata*, duabus Partibus, *Romae*, 1723. 4. porro *La Critica d'oggidi, o ſia l'Abuſo della Critica odierna*, Roma, 1726. 4. & demum *Annales Eccleſiaſticos ab anno* 1566. *vbi Odoricus Raynaldus* deſierat, *Romae*, 1728. = 1737. fol. tribus codicibus. vid. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 720. 721.
	1702.	*Franciscus* MASTRIVS, hoc anno *Monumenti Aelia Laelia Crispis hiſtoricam explicationem* dedit, *Venetiis*. 4. (vid. *Act. Erudit. Lipſienſ.* 1706. p. 88. ſ.)
	1702.	*Laurentius* PATAROL, Venetus, Philolo-

gus

Principibus.

Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705.

gus & Archaeologus, ab hoc potiſſimum anno inclaruit, *Seriem Auguſtorum, Auguſtarum, Caeſarum, et Tyrannorum omnium tam in Oriente qvam in Occidente a C. Iulio Caeſare, ad Leopoldum, cum eorumdem imaginibus ex optimorum Nomismatum fide ad vivum exprimendo, Venetiis*, 1702. 8. mai. qvae Series iterum tertiumque, *Venetiis*, 1740. 8. & quartum in *Operibus*, *Venetiis* 1743. 4. Tom. I. a p. 1. ſeq. typis repetita eſt. Aliquot annis poſt *Panegyricas Orationes veterum Oratorum notis ac numismatibus illuſtravit, italicamque interpretationem addidit, Venetiis* 1708. 8. iterum ibidem, 1719. 8. & tertium, in *Operibus* eius, *Venetiis*, 1743. 4. Tomo I. recuſas. Eiusdem quoque eſt diſſertatio de numo Vespaſiani iunioris rariſſimo, (*Lettera del Sign. Lorenzo Patarolo a S. Ecc. il Sign. Gian Domenico Tiepolo ſopra una Medaglia antica*, in Diario Veneto, *Giornale de Letterati*, Tom XXVIII. Art. VIII. p 310.=332. de qua v. I. G. Krauſii Epiſtolam ad *Lacroſium* in *Theſauro Lacroſiano*, Tom. I p. 235.

Nat 1674.=Θ. 1727.

vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1492.

1702. *Franciscus* REBELLATVS, Sacerdos Ventus, & Archaeologus, interpretatione gryphi illius Bononienſis operam luſit. Eius enim eſt: *Inextricabilis Gordius nodus Agathonius, vnico naturalis philoſophiae praeſidio ſolutus, ſive breue Commentum* (quo vocabulo nihil eſt aptius veriusque,) *ſuper aenigmatico Aeliae Laeliae Crispidis ſepulchrali epi-*

p

AET. XVII	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus.		*phio a Lucio Agathone Priscio, Bononiae antiquo extra vrbem lapidi marmoreo insculpto, Venetiis*, 1702. 4.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705.	1702	*Iohannes* ASTRVC, Aquitanus, sive Langvedocienſis, Medicus, Hiſtoricus, & Philologus, mox Toloſanus, mox Pariſienſis, hoc anno *Tractatum* emiſit *de Motus fermentativi cauſa.* 12. deinceps haud vnam Commentariis Academiae Regiae Pariſienſis Scientiarum disputationem inſeruit, porro de *Morbis venereis* A. 1735. ſingularem reliquit librum, & tandem maximam ſibi laudem peperit Commentariis Hiſtoriae naturalis Langvedociae, (*Mémoires pour ſervir à l'hiſtoire naturelle de Langvedoc, ornés de figures & de Cartes,*) à *Paris*, 1737. 4. Nat. 1684. =9. 1766. Imago eius ante *Mémoires pour ſervir à l'hiſtoire de la Faculté de Medecine de Montpellier, Paris* 1761. 4. vid. *Eloge hiſtorique de Mr. Aſtruc, Medecin Conſultant du Roi, Profeſſeur au College Royal de France &c. par Mr. Lorry, Docteur Regent de la Faculté de Medecine de Paris.* (Journal des Savans 1767. Octobr. Tom. XXVII. Vol. II. p. 291.) — *Haller Biblioth. Anatomica*, Tom. II. L. VIII. §. 923. p. 70. =72. Eiusdemque *Bibliotheca Botanica*, L. IX. n. 996. p. 91. 92. — In re Epigraphica veterum laudat eum obiter Lud Bochat, in *Mémoires de la Soiſſe*, Tom. I. p. 385.
	1702.	*Claudius Groſeus* EOSIVS, (vulgo: *Claude Gros*

Principibus.

Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705

Gros de Boze,) Lugdunenſis, Hiſtoricus Philologus, & Archaeologus Pariſienſis hoc anno dicitur librum ſcripſiſſe de Jubilaeo Judaeorum, *Traité ſur le Jubilé des Juifs*, quem fateor me nondum vidiſſe. Mox Academiae bonarum artium Pariſienſ ab epiſtolis eſſe coepit, cuius dignitati cum variis Academicorum Biographiis, tum non paucioribus Diatribis ad rem numariam & Epigraphicam pertinentibus profuit, quarum hae potiſſimum fuerunt: (1.) *Diſſertation des recompenſes & des Marques d'honneur, que les Grecs & les Romains accordoient à ceux qui ſe diſtinguoient dans les Sciences, où dans l'Art militaire*, (Hiſtor. Acad. Inſcr. Tom. I. p. 139 ſeq ed. Amſtelaed. (2.) *Diſſertation ſur une Inſcription de l'Empereur Albin deterrée auprès de Lion* (Hiſtor. Tom. I. p. 262.=266.) (3.) *Reflexions ſur les Medailles de Crotone*, (Hiſtor. Tom. I. p. 290.=294.) (4.) *Mémoire ſur les Monnoyes obſidionales*, (ibidem p. 348.=352.) (5.) *Mémoire ſur quelques autres Monnoyes ou Medailles modernes ſinguliére* (ibidem p 353.=358.) (6) *Lettre écrite au R. P. Chamillard ſur ſa Medaille de l'Empereur Gallien, dont il eſt parlé dans les Mémoires de Trevoux par G. D B.* (Gros de Boze) in Libellis fugitivis Hiſtoriae & Literaturae, (*Pieces fugitives d'Hiſtoire & de Litterature*, Paris 1704. 12. Part. III. p. 390.=407.) (7.) *Diſſertation ſur le Jani des Anciens*, *Paris*, 1705. 12. latine redita in *Wolterekii Electis rei numariae*, *Hamburg.* 1709. p. 1. (v. *Act. Erud.* Lipſ. 170 p. 405. *Journal des Savans*, T. IV. A. 170

Principibus.

Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658 = 1705

p. 89. *Mémoires de Trevoux* 1706. Jan. Art. 7. p. 104. (8.) *Diſſertation ſur le culte, que les Anciens ont rendu à la Deeſſe Santé, avec les Medailles & quelques autres monumens antiques*, *Paris*, 1705. 12. & latine reddita in *Woltereckii Electis*, p. 23. vid. *Act. Erud. Lipſ.* 1706. p. 154. *Journal des Savans* 1705. IV. p. 89.) (9) *Diſſertation ſur le Dieu Terme, & ſon culte chez les Romains*, (Mémoires de l'Acad. Tom. II. p. 63) (10.) *Explication d'une Inſcription antique où ſont decrites les particularitez des Sacrifices, appellez Tauroboles*, *Paris.* 1705. 8. (Mémoir. Tom. IV. p. 111 = 151. (11) *Obſervations ſur quelques Médailles Grecques, Latines et Pheniciennes*, (Hiſtor. Tom. VI. p. 246 = 255) (12) *Reponſe à la lettre de Mſr. le Preſident Bon ſur une figure du Dieu Mercure*, (Hiſtor. Tom. VI. p. 402 = 409.) (13.) *Notice d'un exemplaire d'Homere de ſa Bibliotheque, qui a appartenu au celebre Budé.* (Hiſtor. Tom. III. p. 535 = 544. ed. Amſtel.) (14.) *Deſcription d'un tombeau antique du Cabinet de Mſr. Foucault, qui repreſente l'hiſtoire de la Deeſſe Ceres*, (Mémoires Tom. VI. p. 430.—453. ed. Amſtel.) (15) *Diſſertation ſur les Rois du Bosphore Cimmerien*, (Mémoires de Litterature, Tom. VI. p. 549. ed. Pariſ. (16) *Reflexions ſur une Médaille d'Antoine & de Cleopatre, rapportée dans les Commentaires hiſtoriques de Triſtan*, (Hiſtor. Tom. VI p. 163. ed. Pariſ.) (17.) *Sur deux Médailles Grecques, l'un de Cleopatre, l'autre de Pharnace, & une troiſieme Latine de la Famille Fabia Reponſe à Mſr. le Preſident Boubier*, (Hiſtor.

SAEC. XVIII	AER CHR	PARS SEXTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio* 1658. = 1705.		Ac. Reg. Inscr. Tom. XII. p. 289. ed. Paris.) (18.) *sur une Médaille d'Auguste, et Antiquitez decouvertes de Nismes* 1739. (Histor. Tom. XIV. p. 105. ed. Paris.) (19) *Reflexions sur une Médaille de Galerius Antonnus fils de l'Empereur Antonin-Pie*, (Mémoires de Literature, Tom. XV. p. 468. 479.) (20) *Sur une Médaille d'or de l'Empereur Maurice*, (Mémoires Tom. XV. p. 480.=494.) (21.) *Reflexions sur une Médaille antiqve frappée par les habitans de la ville et du territoire de Smyrne*, (Mémoires Tom. XVII. p. 1.=17.) (22.) *Reflexion sur une Médaille de l'Empereur Lucius Verus frappée a Corinthe*, (Mémoires Tom. XIX. p. 476.=482.) (23.) *Reflexions sur les Médailles de Pescennius Niger, et sur qvelqves singularitez de l'histoire de sa Vie*, (Mémoires Tom. XXIV. p. 105.=120.) (24.) *Nouvelles Conjectures sur la Médaille Greqve d'un Roi, nommé Samus.* (Mémoires Tom. XXVI. p. 365.=379. ed. Paris.) (25.) *Histoire de l'Empereur Tetricus, eclaircie et illustrée par les Médailles.* (Memoires Tom. XXVI. p. 504.=522.) (26.) *Description Historique d'un Médaillon d'or de Justinien.* (Memoires Tom. XXVI. p. 523.=531. (27.) *Lettre à Msr. le Baron Bimard de la Bastie, sur les Médailles Romaines, qvi ont été contremarquées*, in Adnotationibus Bimardi ad *Jobert Scientiam rei numariae*, p. 349.=356. Tom. I. (28.) *Lettre sur une Medaille antique de Smyrne du Cabinet de Msr. le Comte de Thoms &c. à la Haye* 1744. 4. Nat 1680.=Θ. 1753. vid. *Banduri Bibliotheca Numinaria*, CLXVII

Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.

p. 182. 183. — *Bernardus Montefalco* eius Muſeum his verbis laudavit, *Muſeum* inquiens *ſuum elegantiſſimum, numismatibus vrbium graecis maiori copia inſtructum, quam vllum aliud in Gallia & fortaſſis in Europa aperuit*, in Praefatione ad Tom. I. *Antiqv. Explanat. & Schematibus illuſtratarum*, p. 20. — *Eloge de Mſr. Boze par Mr. de Bougainville* in Hiſtoire de l'Academie des belles lettres, Tom. XXV. p. 259=278. — *David Clement Bibliotheqve Curieuſe*, Tom. V. p. 171. (30.) *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1105. — Poſt eius mortem prodiit, qui penes me eſt, *Catalogve des Livres du Cabinet de M. de Boze, à Paris* 1753. 8. mai.

circa 1702

Franciscus CATROEVS (vulgo: *Catrou*,) Sacerdos Jeſuita, & Philologus Pariſienſis, circa hoc tempus iam clarus fuiſſe videtur, ſi ſpatium vitae eius inter natalem et fatalem metiaris annum, quantumvis Opera Virgilii (*Les Oeuvres de Virgile, Traduction nouvelle avec des Notes Critiqves & hiſtoriqves par le P. François Catrou, Jeſuite*) demum *Pariſiis*, A. 1716. 8. ſex codicibus, interpretatione Francica, & obſervationibus illuſtraverit, iunctisque poſtea *Juliani Ruillei*, & *Bern. Rothii* operis, res Romanorum expoſuerit. *Hiſtoire Romaine, depuis la fondation de Rome, avec des notes hiſtoriqves, geographiqves, & critiqves; des gravures en taille douce, des cartes Geographiqves, & pluſieurs Medailles authentiques* par *François Catrou, Julien Roüillé* & *Bern. Rothe*, à *Paris*, 1725.=1748. 4. codicibus XXI.

SAEC XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus.		Nat. 1659 =Θ. 1737. *Catroeum* in *Virgilio interpretando pudendos errores admisisse*, suo tempore se probaturum esse promisit *Burmannus* maior in Praefatione ad *Lucanum* ** 3. — *G. Stolle* ad *Heumanni Conspectum*, p. 579. & 825. — De *Catroei* & *Ruillii* Historia Romana iudicium *Io. Matthi. Gesneri* vide ad eius *Isagogen* §. 512. p. 414. 415.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio* 1658. = 1705.	1702.	*Johannes Jacobus* CLAVDIVS (vulgo: *Claude*,) *Johannis Claudii* Filius, Haganus, Theologus Calvinianus, & Archaeologus, mox Haganus, mox Londinensis, hoc anno dissertationem scripsit *De Salutationibus Veterum cum Diatribe de nutricibus & Paedagogis*, *Vltraiecti*, 12. editam, quarum altera *de veterum Paedagogis* non modo typis recusa fuit a *Iohanne Dan. Mullero in valle D. Mariae*, 1719. 4. sed etiam particula facta est *Supplementorum Thesauri Antiquit. Graec. & Rom. Io. Poleni*, Tom. III. p. 417. sq. Nat. 1684. =Θ. 1712. vid. *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionnaire*, Tom. II. voc (Jean-Jaqves) *Claude*. — *Paqvot Mémoires*, Tom. III. p. 103. =106.
	circa 1702.	*Guilielmus* INSVLANVS, (vulgo: *De l'Isle*) *Claudii*, (de quo ad Part. V. 327. Anal. p. 637.) Filius, itidem Geographus Regius Parisiensis, cuius non exigua sunt de Geographia veteri & recentiori, nec non de Mappis Geographicis merita. Sic Franciam singulari in charta depingendam curavit,

SAEC XVIII. | AER. CHR. | PARS SEXTA.

Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio* 1658. = 1705.

vit, *Pariſiis*, 1703. fol. (teſte *Lengleto du Fresnoi* in *Methodo Hiſtoriae*, T. IV. p. 4. 5. ed. Pariſ. 1735. 4.) Eodem pacto varias ei debemus Obſervationes Geographicas, in *Hiſtoria & Commentariis Academiae Pariſienſis Scientiarum* vulgatas, tanquam, de *menſuris Geographicis veterum*, (*Sur les Meſures Geographiqves des Anciens*, in *Hiſtoria Academiae Regiae Scientiarum* 1714. p. 103. ſeq. ed. *Amſtelaed.* item *Juſtification des Meſures des Anciens en matiere de Geographie*, in *Mémoires de l'Academie des Sciences* 1714. p. 227. vbi etiam a. p. 239. cauſam nominis *Magnae Graeciae* probabiliter oſtendit. Ita longitudinem freti Magellanici, & oſtii amnis S. Ludovici menſus eſt, (*Obſervations ſur la Longitude du detroit de Magellan*, & *ſur la Longitude de l'Embouchure de la Riviere Saint Louis, nommée communement la Fleuve Miſiſſipi* in *Commentariis Academiae Scientiarum*, 1716. p. 110. & 1726. p. 353.

Nat. 1675. = Θ. 1726.

vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1198. — *Stolle* ad *Heumannum*. p. 491.

1702 *Antonius* LANCELOTVS, Pariſienſis, Philologus, & Archaeologus, eo anno *Naudaeana* & *Patiniana* in vulgus exire iuſſit, tum non vna vel Biographia viri docti, tamquam *Franc. Philelphi*, in *Mémoires de l'Academie des Inſcriptions*, Tom XV. p. 531. ſeq. ed. Amſtel. vel Diatribe de re Epigraphica veterum, aut Hiſtoriam, aut Commentarios illius Academiae bonarum literarum ornavit veluti, *Remarqves ſur qvelqves Inſcriptions* in

SAEC XVIII.	AER CHR	PARS SEXTA.
Principibus.		in *Hiſtor. Acad Reg. Inſcript.* Tom. V. p. 288. ed. Pariſ. *Explication d'un Monument de Gvillaume le Conqverant*, in *Commentarii Acad.* Tom. VI. p 739. quod monumentum tametſi ſit medii aevi, tamen viſu & memoratu dignum propter ſingulares illius ſaeculi literas. vti etiam eiusdem monumenti interpretationis Supplementum, (*Suite de l'Explication*) occurrit in eorumdem Commentariorum tabulis, Tom. VIII. p. 602. porro: *Recueil d'Inſcriptions antiqves avec qvelqves Obſervations*, in *Hiſtoria* illius Academiae, Tom. VII. p. 231. item communi cum *Valbonneſio* opera: *Remarques ſur une Inſcription antique appellée le Monument de Ventavon*, in *Hiſtor. Acad. Inſcript.* Tom. VII. a. p. 257. nec non *Explication d'un Almanach ſingulier*, in *Hiſtor. Acad. Inſcr.* Tom. IX. p. 233. ed. Pariſ.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705.		Nat. 1675 =Θ. 1740.
		v. *Eloge de Mſr. Lancelot, par Mſr. de Boze* in *Hiſtoria Acad. Reg. Inſcript.* Tom. XVI p. 257.=268. ed. *Pariſiens.*
	1702.	*Aegidius Bernardus* RAGVETUS, Namurcenſis, Abbas, Hiſtoricus, & Archaeologus Pariſienſis, hoc anno *Francisci Baconis* Atlantidem francice interpretatus eſt, (*La nouvelle Atlantide de François Bacon, traduite en François, & continuée, Paris*, 1702. 12 Eius quoque eſt: *Explication d'un Bronze antique en bas relief du Cabinet de Mſr l'Abbé Bignon, par Mſr. l'Abbé Ragvet*, cui in Memoriis Trevoltinis A. 1714. Menſe Jul Art. 84. p. 1178. tum in Ephemeridibus Pa

Principibus.

Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705

tisiensibus 1715. Mens. Aug. p. 223. Nat. 1668 =Θ. 1748.
vid. *Paqvot Mémoires* Tom. VI. 105.=108.

1702. *Samuel* L. B. de COCCEII, *Henrici* (de quo ad *Part.* V. 197. in *Anal.* 616.) Fil. Heidelbergensis, regis Borussiae amicus, & ICtus, hoc anno scripsit *Tractatum de Principio Iuris naturalis vnico, viro, & adaeqvato*, Francofurti ad Viadrum 1702. 4. Nat. 1679.=Θ.
vid. *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 585. 586. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1268.

1702. *Nicolaus Hieronymus* GVNDLINGIVS, Norimbergensis, ICtus, Philologus, Historicus, & Philosophus Academiae Halensis, vir sane bonarum literarum haudquaqvam inconsultus, quarum ei scientiam nemo derogauerit, qui varias eius *Observationes* in *Observationibus Halensibus* passim vulgatas, *Observationum Selectarum ad rem literariam spectantium*, Tomos III. *Frfurthi*, & *Lipsiae*, 1707. 8. & *Halae*, 1737. 8. *Otiorum* Partes III. *Francof.* & *Lipsiae* 1706. & 1707. 8. *Exercitationes Academicas*, *Halae* 1736. 4. inprimis *Gundlingiana*, *Halae*, 1715.=1732. 8. optimis subindè animadversionibus literariis, historicisue referta, legerit. Sed vti iocos & facetias amabat, sic etiam illiterati saepe plausus in Academia Halensi nimius consectator, ad alliciendas vulgi Academici cohortes liberiori lingva, ne dicam, dicacitate vtebatur. Vnde factum est, vt & in *Historiae* cum *Literariae*, tum *civilis*, praesertim *Batavae*, scholis nonnulla e sinu effunderet, quae vera esse, ipsemet, si in vitam rediret,

Principibus.

Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705.

negaturus fuiſſet. Atque vtinam has fabu las (*Volſtaendige Hiſtorie der Gelahrheid, ode ausführliche Discurſe*,) in ſcriniis ſervaſſe *C. F Hempelius*, nec poſt mortem viro ce teroqvin doctiſſimo tanta ſex codicum *Erfurthi* & *Lipſiae* 1734 = 1742. 4. edite rum, mole invidiam conflaſſet: eodemqu modo vellem alius manum abſtinuiſſet al eius *Copioſis Discurſibus ſuper hodierna con ditione Statuum Europae* (*Ausführlichen Dis cours über den itzigen Zuſtand der Europaei ſchen Staten*) Part. I. 1733. alteraue 1734 *Francofurti* & *Lipſiae*, 4. promulgata. Si profecto neque a *Sincero Hollando*, nequ *Favorito Norico*, (quo vtroque ſub nomin latuit *Petrus Burmannus*, maior, ob *Program ma Anti-Burmannianum* Gundlingio dudur inimicus,) opportunitas arrepta fuiſſe Gundlingii manibus maledicendi, hoc eſt per latus *Gundlingii Everardum Ottonem* illius, vt ferebatur, discipulum, pariqu fama tum & iuvenum ſtudiis noſtra in A cademia ius docentem, acriter pungendi in *Miſcellaneis Obſervationibus*, Vol. V Tom. III. p. 129. = 156. & Vol. VI. Tom I. p. 227. = 268. & in *Obſervationibus a Nic. Hier. Gundlingii Discurſus de Republic Hollandica apud doctam Philyream*, 8. Inte rim ſciendum eſt, illo, quem in margin notaui, anno *Gundlingium* Ephemerides multo ſale conſperſas, ſub titulo theotiſco *Neuer Unterredungen erſter, anderer, un dritter Monath, Januarius, Februarius Martius, Lützenii*, (Halae) editas 170 8. ſcribere coepiſſe, qvae poſt eius mo tem in *Scriptis Satiricis* (*Satiriſche Schri te*

Principibus.

Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.

ten) *Jenae*, 1738. 8. digeſtis, recuſae fuerunt.

Nat. 1671. =Θ. 1729.

vid. *Io. Fabricii Hiſt. Bibl.* Part. V. p. 194. — *C. A. Heumanni Conſpectus*, c. II. §. XII. p. 12. — *Iac. Bruckeri Hiſt. Critic. Philoſ.* Tom. V. Period. III. Part. II. L. I. c. X. §. II. III. p. 522.=526. & in *Appendice* ſ. Volum. VI. p. 868.=871. — *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 462. qui aliis in locis non ſolum *Catalogum Bibliothecae Gundlingianae* a *Chriſtiano Benedicto Michaële digeſtum*, & *editum*, *Halae* 1731. 8. laudat, ibid. p. 940. ſed etiam de eius *Otiis*, p. 1045. & de *Gundlingianis* egit p. 1046. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1293. 1294. — Icon & vita eius in Cl. *Io. Matth. Schroekh Abbildungen* &c. Tom. II. Faſc. II. n° XXXVIII. p. 225.=240.

1702. *Balthaſar* KOEPKENius, Theologus Fehrbellinienſis Marchiae Brandenburgicae, et Biographus *Johannis Chryſoſtomi*, hoc anno *Vitam S. Chryſoſtomi, ex Palladio, Hiſtoria tripartita, & aliis fide dignis Auctoribus, una cum ſpecimine doctrinae e ſcriptis eius* collegit, *Halae Saxonum*, 8 Eiusdem eſt *Brevis Introductio ad Prophetas* theotiſcis conſignata literis, Halae 1706. 8.

Θ. 1711.

v. *Io. Fabricii Hiſtor. Biblioth.* Part. VI. p. 415. 416.

1702. *Johannes Henricus* MICHAëLIS, Kleffenberga Hohenſteinenſis, *Chriſtiani Benedicti* frater, *Johannis Davidis* patruus, Theologus

Principibus.

Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio* 1658. = 1705.

Lutheranus, & Philologus Ebraeus Academiae Halensis. Nomen quidem eius ian superioris Saeculi Anno XCV^mo alligar potuissem, propter *Disputationem Philolog cam de Paradiso, Halae Saxonum* 1695 4. cor scriptam, sed quoniam ab hoc & proximi annis maius claritatis incrementum cepit aptior mihi hic eius laudandi videbatur es locus. Varios autem bonae frugis libros & Dissertationes ab eo tempore in vulgus emi sit, velut *Claudii Confessionem fidei cum Iol Ludolfi versione latina, Notis & Praefation revisam, iterumque publicatam, Halae Mag deburgicae: Disputationem Philologicam d peculiaribus Hebraeorum loquendi modis*, ibi dem, eodem anno, 4. *Dissertationem a Historia Linguae Arabicae*, ibidem, 1706 4 *Dissertationem de Codicibus MScptis Biblic hebraicis, maxime Erfurtensibus, Halae* 1706 4. *Dissertationem de Mohammedan rum Laxitate Morali*, ibid. 1708. *Disse tationem de Isaia Propheta, eiusque vaticinio* 1712. 4. *Disputationem de Rege Ezechia, Ec clesiae Israëliticae, sive Judaicae, reformator* ibidem. 1717. 4. Inprimis *Biblia Ebraea, Ha lae Magdeburgicae* 1720 8. maiori, de qu editione *Io. Christo. Wolfius, Biblioth. H braeae*, Part. II. p. 384. nec non memorab lem Biographiam *Petri Heylingii*, Lubecens (*Sonderbahren Lebenslauff Peter Heylings au Lübec, und dessen Reise nach Ethiopien &c. Halae* 1724. 4.

Nat. 1668 =☉. 1738.

vid. *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. V. p. 29 =302. — *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 76

76

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus.		763. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1442.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658 = 1705.	1702	*Johannes Philippus* ODELEM, Brunsvicenſis, ICtus, Theologus, & Hiſtoricus. Etſi iam *Diſſertationem de Lingva Hebraea, Lipſiae*, 1700. defendit, tamen ab hoc demum anno non vnius generis libris potiſſimum innotescere coepit, quos omnes commemorare nihil attinet. Duo tresue duntaxat indicabo, velut, *Diſſertationes II. de Diſtinctione Legum Moſaicarum in Morales Forenſes & Ceremoniales, Helmſtadii*, 1702. 4. *Expoſitionem Panegyricam Numismatis argentei in memoriam ducalis palatii Saltzdalenſis, Guelferbyti*, 1708. 4. *Epiſtolam ad Io. Fabricium, qva eiusdem famam Theologicam contra Britannum quendam Novellistam* defendit, 1709. 4. pluresque alios, quos ex *Jo. Fabricio* cognoscere licebit. Nat. 1678. = ☉. vid. *Io. Fabricii Hiſtor. Bibl.* Part. IV. p. 481. = 483. & Part. V. p. 183 = 186. — *G. Stolle* ad *Heumannum Conſpectum*, p. 781.
	1702.	*Iohannes Fridericus* REINHARDTVS, Berolinas, ICtus prudentiae civilis gnarus, & Philologus, mox Berolinenſis, mox Dreſenenſis, hoc anno *Theatrum prudentiae elegantioris Hiſtorico-Politicum cum praefatione C. S. Schurtzfleiſchii*, Partibus duabus, *Wittebergae* 4. aperuit. (v. *Act. Erud. Lipſ.* 1703. p 49. ſeq Nat. 1648. = ☉. 1721. vid. *Io. Matthi. Gesnerus* ad *Iſagogen*, §. 361. p. 320.

SAEC XVIII.	AER. CHR	PARS SEXTA.
Principibus.		320 321. & §. 1226. p. 46. Tom. II. vb *Theatrum* eius laudat. — *Catal. Bibl. Bunav* Tom. I. Vol. II. p. 1550.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio* 1658. = 1705.	1702.	*Chriſtophorus Henricus* RITMEIERVS Helmſtadienſis, Theologus Lutheranus, & Philologus Graecus Ebraeusque Academiae Juliae, vti jam ſuperiori ſaeculo *Oratione de Palingeneſia ſtudii philologici, primis Reformatoribus noſtris viam ſternente, Helmſtadii* 1698 8 aliamque mox *de Bono Academiae Helmſtadii*, 1701. 4. habuit, ſic hoc potiſſimum anno *Theophylacti*, Bulgarorum Archiepiscopi, *Commentarium ad initium Capitis ſecundi Hoſeae*, graece & latine cum adnotationibus edidit, *Helmſtadii*, 1702. 4 aliisque poſtea libellis, veluti *Specimine Philoſophiae Epicteti ſive Enchiridii eius prioribus capitibus rabbinice verſis, & illuſtratis Helmſtadii* 1709 4 *Diſquiſitione de Kiriath Sepher ſ. ciuitate literaria Joſ. XV.* 15. *memorata*, ibidem, 1711. 4 *Programmate de vario reipublicae Hebraeorum ſtatu ſub Iudicibus*, ibidem, 1712. 4. & *Conringianis Epiſtolicis, ſive Animadverſionibus variae eruditionis ex Hermanni Conringii Epiſtolis Miscellaneis nondum editis*, ibidem 1719. civitati eruditae vtilis fuit. Nat. 1671 =☉. 1719.
	1702.	*Bartholomaeus Chriſtianus* RICHARDVS (vulgo: *Reichard*,) Corbacenſis Waldeccius, Hiſtoricus, & Philologus primum Vitembergenſis, tum Jenenſis Academiae hoc anno Diſſertationem de *Toga Quiritium*, *Vitembergae*, 4. emiſit, tum aliis nc

Digitized by Google

Principibus. — Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705.

.minus vtilibus opusculis nomen ſuum commendabile reddidit, veluti: *Diſſertatione de Cenſu Auguſti vniuerſe indicto*, *Vitebergae*, 1704. *De Roma ante Romulum condita*, *Jenae*, 1706. 4. Libanii *Epiſtolis XII.* cum *latina* eius *interpretatione*, *Luc. Holſtenii & P. Lambecii Obſervationibus*, *Francof.* & *Lipſiae*, 1707. 8. *Commentatione de vita & ſcriptis Profeſſorum hodie in Academia Jenenſi publice docentium*, *Jenae*, 1710. 8. *Hiſtoria Bibliothecae Caeſareae Vindobonenſis ad noſtra tempora deducta*, *Jenae*, 1712. 8.

Nat. 1679. = Θ. 1721.

Vid. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 818.

1702 *Chriſtianus Gottlieb* SCHWARTZIVS, Leisnicenſis Misnicus, Rhetor, Philologus, Hiſtoricus, & Archaeologus Academiae Altorfinae, hoc iam anno *Diſſertationem de Cauſis dialectorum*, *Witebergae*, 1702. 4. defendit, poſtea tot Exercitationibus Academicis vel Philoſophiae vitae, vel Eloquentiae, vel priscis Romanorum Oratoribus, vel antiquitati Romanae, vel rerum memoriae cum ciuili, tum literariae, profuit, vt vere dici poſſit, neminem ferme in Academiis Germaniae & Bataviae, plures, meliores, & magis elaboratas ad disceptandum protuliſſe Diatribas, quam hunc ipſum. Earum autem, vti librorum eius, hoc loco cenſum agere poſt *Deſignationem Exercitationum* ſaepius repetitam, & auctam inprimis, *Altorfi*, 1768. 4. auctoribus *I. C. Martini*, & *B. F. Hummel*, putidae fo-

Principibus.

Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705.

foret diligentiae. Id ſolum indicare liceat, eo adhuc vivo *Exercitationes* eius *II Academicas ad Proöemium Inſtitutionum*, & *ex vnico codice MSc. Florentino omnia Pandectarum exemplaria dimanarint*, typis recuſas fuiſſe Lugd. Bat 1739. 4. tum *C. Plinii Secundi Panegyricum, cum integris virorum doctorum excerptisque Commentariis, Norimbergae*, 1746. 4. in lucem prodiiſſe, poſt eius vero mortem *Hexadem Diſſertationum* eius *antiqvariarum de ornamentis Librorum*, addita praefatione, *Ioh. Chriſtian. Leuſchnerum*, *Lipſiae*, 1756. 4. collegiſſe, eiusdem *Obſervationes ad Gvil. Henr. Nieupoorti Compendium Antiquitatum Romanarum* vulgaſſe *Io. Andr. Mich. Nagelium*, *Altdorfi*, 1757 8 nec non *Exercitationes Academicas* eius *Theophilum Chriſto. Harleſium*, V. C. digeſſiſſe videri, *Norimbergae* 8. mai. qui etiam *Opuſculis* ſuis *varii argumenti*, *Specimen Theſauri Epiſtolici Schwarziani*, *Halae* 1773 8 addidiſſe dicitur.

Nat. 1675. = Θ. 1751.

Icon eius eſt in numo *Muſei Mazzuchelliani* Tom. II. Tab. 182. No. IV. ad p. 334. & paſſim alibi, velut in fronte *Obſervationum* eius ad *Neoportum*.

vid. *Amaranthis*, i. e. *Joh. Herdegen Hiſtoriſche Nachricht des Hirten und Blumen Ordens an der Pegnitz*, (qua in ſodalitate literaria nomen *Melandri* habuit *Schwartzius*) *Nürnberg* 1744. 8. c. X. p. 614 = 651. ſ. — *Stolle ad Heumannum* p. 521 522. — *Catal. Biblioth. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1597. — *Vitae Philologorum noſtra aetate clariſſimorum Theoph. Chriſto. Harleſ*

Vo

Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705.*

Vol. I. *Bremae* 1764. 8. p. 1=37.

1704. *Iohannes Chriſtophorus* RVDIGER*us*, Biographus, *perſonatus ille*, vt recte ait *P. Burmannus* ad *Syllogen Epiſtol.* T. I. p. 359. *Adolphus* CLARMVNDVS, *ineptiſſimus vitarum, ſi quis vnquam conſarcinator*, qui aliis in locis eum vocat *Clarmundum perſonatum, incredibilis ſtuporis & inſcientiae compilatorem*, Tom. II. eiuſd. Sylloges p. 485. item *perſonatum & ineruditum Adolfum Clarmundum*, Tom. V. p. 310. Hoc autem & proximis annis in lucem protruſit *Vitas Clariſſimorum in re literaria virorum*, theotiſce ſcriptas, *Vitembergae*, 1704=1714. 8. vndecim paritibus. Mox, eadem perſona *Clarmundi* vſus, non tantum Quaeſtiones hiſtoriae Eccleſiaſticae itidem theotisce propoſuit, (*Kurtze und deutliche Fragen aus der Hiſtoria Eccleſiaſtica mit den Lebensbeſchreibungen der beſten Scribenten von der Kirchen Hiſtorie. Wittemberg.*) 1708. 8. ſed etiam Vitam Schurtzfleiſchii eodem ore enarrauit, (*Lebens-Beſchreibung Conradi Samuelis Schurtzfleiſch,*) *Dreſenae* 1710. 8. & *Exercitationem Hiſtorico Criticam de praecipuis Topicorum Explanatoribus, cum antiquis, tum recentibus, cui ipſorum Elogia vitaeque in fine adiectae ſunt*, Lipſiae eodem anno 8. vulgauit, tandem etiam *Memorabilia Saxonica*, (Saechſiſche Merkwürdigkeiten, oder volſtaendige Hiſtorie von Sachſen,) diſſimulato nomine ſuo, *Lipſiae* 1724. 8. prodire juſſit.

vid. *Gibert*, *Jugemens ſur les Auteurs de la*

Principibus. — Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705.

Rhetorique, p. 372. 373. Tom. VIII. *Bibl. Jugemens.* — *Stolle* ad *Heumannum*, 824. 825. et 1000. — *Io. Chriſto. M. Bibliotheca Anonymorum & Pſeudonymorum* Hamburgi 1740. 8. p. 181. 182. n. XV. (b.) item p. 1156. n. 2173.

1704. *Jacobus Carolus* SPENERVS, *Philippi Ja-cobi* (de quo *Part.* V. p. 64.) Filius, Mo-no-Francofurtanus, ICtus, & Hiſtori-mox Halenſis, mox Vitembergenſis, h. anno *Hiſtoriam doctrinae de temperamen-tis hominum, Halae Magdeburgicae*, discep-tore *Io. Fr. Buddeo* defendit. 4. qvae p-tea typis *Jenenſibus* 1713. 4. repetita f. Deinceps vel ciuitatum Europae form. depinxit, (*Abris zu einer zuverläſſigen Be-trachtung der vornehmſten Europaeiſchen Hö-fe und Staten, Halle*, 1710. 8.) vel hiſtoriam Germaniae veterem & recentior illuſtravit, (*Hiſtoria Germaniae vniuerſal. pragmatica, Lipſiae* 1716. 1717. duo Tomis, 8. & *Notitia Germaniae antiq. cum conſpectu Germaniae mediae*, Hal. 1717. 4.) vel Iurisprudentiae cum Hi-ria neceſſitudinem oſtendit, disputatio *De vero vſu atque auxiliis Iurisprudentiae Hiſtoria, Witebergae* 1719. 4. vel I. publici Germanici quosdam locos interp. tatus eſt, tanquam: *De dativa Tutela in Vaſallorum S. R. Imperii, Halae*, 1720. & *Teutſchen Reichs-Staats-Reichs-Le. Francof.* 1722.=1727. 4. quinque Pa. bus.

Nat. 1684.=⊖. 1730.

vid. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 485. = C.

Principibus.

Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705

Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. II. p. 1619. — *Iob. Frider. Juglers Beytraege zur Iuriſtiſcben Biographie*, Tom. III. Part. II. n. VI. p. 254.=272.

1704. *Johannes Chriſtophorus* WOLFIVS, Wernigerodenſis, Theologus, & Philologus Hamburgenſis. Scripta eius ab hoc anno in lucem data breviter duntaxat indicabo, vnde apparebit, multa nec contemnenda eius de literis Ebraicis, graecis, & latinis merita fuiſſe. Sunt autem haec: *Diſſertatio de mythica moralia tradendi ratione nov antiqva*, Vitembergae 1704. 4. *Hiſtoria Lexicorum Hebraicorum, qvae tam a Judaeis, quam Chriſtianis ad noſtra vsque tempora in lucem vel edita, vel promiſſa ſunt*, ibidem, 1705. 8. *Diſſertatio de Zabiis*, ibidem, 1706. 4. *Origenis Philoſophumena* recognita, & notis illuſtrata, *Hamburgi*, 1706. 8. *Oratio inauguralis de Praecocibus eruditis, dicta Hamburgi* 1707. 4. *Phaedri fabulae* cum brevibus adnotationibus & vindiciis *Gudianis* adverſus *Jac. Gronovium, Flensburgi*, 1709. (vid. *Fabricii Bibl. Lat.* Tom. II. p. 443. quam editionem ſruſtra ſe quaeſiviſſe ait P. Burmannus in Praefat. ad Phaedrum ** 2.) *Diſſertatio Epiſtolica, qva Hieroclis in aurea Pythagorae carmina Commentarius nuper in Anglia editus partim illuſtratur, partim emendatur* &c. *Lipſiae*, 1710. 8. *Diſſertatio de Atheismi falſo ſuspectis, Vitembergae* 1710. 4. *Caſauboniana, ſive Iſaaci Caſauboni varia de Scriptoribus, Librisque iudicia, Hamburgi*, 1710. 8. (quae laudauit *Burmannus* ad *Syllogen Epiſtolarum*, Tom.

Principibus.

Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705.

I. p. 385.) *Dissertatio de Carcere, Erud rum Museo*, ibidem 1710. 4. iterum 17 4. *Libanii Epistolarum adhuc non editar Centuria Selecta graece cum versione & tis, Lipsiae*, 1711. 8. *Historia Bogom rum*, Witebergae 1712. 4. *Dissertatio Catenis Patrum Graecis, iisque potissim Mss.* Vitebergae, 1712. 4. — *Biblioth Hebraea*, quatuor Codicibus, *Hamburgi Lipsiae*, Tomo I. 1715. Tomo II. 17 Tomo III. 1727. & Tomo IV. 1735. evulgato. — *Notitia Karaeorum hausta Tractatu Mardochaei Karaei recentiori Hamburgi*, 1721. 4. — *Anecdota Grae sacra & profana*, Tomis III. *Hamburg* 1722. 1723. 8. excusis. — *Theophili Autolycum Libri III. Graece & Latine tisque instructi, Hamburgi* 1724. 8. — *rae Philologicae in Novum Testamentun Hamburgi*, 1725. = 1735. & *Basileae* 1741. quinque Codicibus, (quae tamen curae, quorum virorum doctorum reprehensione incurrerint, me adnotare memini, *Ono* Part. I. p. 231. 232. addatur *Valckenari* in *Adnotationibus Criticis in loca quaeda Librorum N. T.* paulo ante eius morte editis, p. 326.) — *Pauli Colomesii Ital & Hispaniae orientalis primum edita & not instructa, Hamburgi* 1730. 4. — *Biblioth ca Aprosiana ex lingva Italica in latinam co versa*, cum Praefatione & *Notis*, ibide 1734 8 — *Conspectus Supellectilis Epistol cae & literariae manu exaratae*, ibide 1736. 8. — *Libanii Epistolae, quas nu primum maximam partem e variis Codicib*

a

Principibus. — Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705.

addidit, latine convertit, & notis illustravit, Amstelaedami 1738. fol.
Nat. 1683.=⊖. 1739.
Eius Icon in Numo Musei Mazzuchelliani, Tom. II. Tab. CLXXVI. No. III. ad p. 311. f.
vid. *Io. Fabricii Histor. Bibliothecae*, Part. IV. p. 78.=80. & Part. VI. p. 125. 126. — *Io. Albertus Fabricius* in *Bibl. Graec.* Vol. XIII. p. 783.=788. — *C. A. Heumanni Conspectus*, c. VII. §. V. p. 428. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1705.

circa 1704. *Henricus de* NOVA VILLA, s. NEVTONVS, (vulgo: *Newton*,) ICtus, & Poëta clarissimus Londinensis, ab *Anna*, regina Anglo-Britanniae ad *Cosmum* III, magnum Etruriae ducem, missus est legatus A. 1709. Eius vero *Henrici Newton, Societatis regiae, Londini, Arcadiae Romanae, Academiae Florentinae, et eius, quae vocatur della Crusca, Socii, Epistolae, Orationes, et Carmina* lucem viderunt, *Lucae* 1710. 4. Tres eius Epistolas, quae de Grotio iudicia exhibent, vulgauit *Jo. Clericus*, in calce *libri Grotiani de Verit. Rel. Christ. Hagae Comit.* 1718. 8. p. 358.=368.
Nat. 1651.=⊖. 1727.
vid eius Vita a *Georg. Christi. Gebauero* descripta, additaque *Narrationi* de *Henrico Brencmanno*, Gottingae, 1764. 4. p. 203. =260.

1704. *Petrus* NEEDHAM, Philologus Graecus Cantabrigiensis, cui non tantum debemus hoc

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus.		hoc anno *Geoponica*, *sive de Re Rusti* *Libros XX. Cassiano Basso Scholastico coll* *tore*, *antea Constantino Porphyrogenito a q* *busdam adscriptos*, graece & latine *Cant* *brigiae* 1704. 8. mai. sed etiam *Hierocli* *Philosophi Alexandrini*, *Commentarium in a* *rea Carmina Pythagorae*, *de Providentia*, *fato*, *quae supersunt*, *& reliqva fragment* graece & latine, ibidem *Cantabrigiae*. 170 8. mai. nec non *Theophrasti Characteres* *thicos* graece & latine cum animadversion bus *Isaaci Casauboni*, *Jacobi Du Porti* ipsiusque adnotationibus, *Cantabrigiae* 1712. 8. mai.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705.		☉. 1732.
		vid. *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. VI. p. 26 — *Stolle* ad *Heumannum*, p. 774.
	1704.	*Thomas* RYMER*us*, Historiographus Angl Britannus, qui hoc anno *Foedera*, pac Sponsiones, contractuum leges, alias genus Literas, *Acta publica inter Reg* *Angliae*, *& alios Principes ab A.* 1101. *nostra usque tempora tractata* in ordine cogere coepit *Londini*, fol. Tomis XV Priores quippe *XV.* ipse *Rymerus* digessi reliquos autem *duo* post eius mortem *R* *bertus Sandersonus* edidit.
		☉. 1714.
		vid. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 482.
	1704.	*Guilielmus* BEST, Amisfurtanus, ICtus, Philologus Academiae Harderovicena itidemque designatus Academiae Leiden Antecessor Iuris, sed ante capta mune

Digitized by Google

Principibus.

Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705.

auſpicia fato functus, hoc anno *Diſſertationem exhibentem coniecturas quasdam ex iure civili* in noſtra Academia defendit, 4. poſtea nominis ſui famam auxit *diſſertatione de ratione emendandi leges*, *Traiecti*, 1707. 8. edita, quam deinceps adiectis eius duabus Orationibus recognovit *ſuasque paſſim Notas* adleuit *Io. Wendelinus Neuhaus*, *Lipſiae*, 1745. 8.

Nat. 1683. ☉ 1719.

vid. *Arn. Drakenborchius* in Praefatione ad *Silium Italicum*, Srell. 3. pl. 1. vbi eum vocat *egregium cauſarum patronum*, *quocum diutiſſime ſinceram & non fucatam amicitiam* coluiſſe ſe ait. — *G. Burmanni Traiectum Eruditum*, p. 27. = 29. — *Abrah. Wielingius* in praefat. ad *Lectiones Juris civilis* **3. refert, *Beſtium* nactum eſſe illarum *regularum, quas in emendandis legibus obſervandas eſſe conſuerit*, *Alexandrum Cuningamium adſtipulatorem*, *operaeque huius tantum non ſocium*. — *Neuhuſius* in Praefatione ad renovatam editionem, p. 7. 8. — *Jo. Friderici Juglers Beytraege zur Juriſtiſchen Biographie*. Tom. I. Part. II. n. XXXV. p. 437. = 441. — *Paquot Mémoires*, Tom. IX. p. 248. = 250.

1704. *Arnoldus* DRAKENBORCHius, Rheno-Traiectinus, Hiſtoricus, Rhetor, et Criticus noſtrae Academiae, hoc iam anno accuratae ſuae eruditionis argumentum dedit, edita et propugnata, diſceptatore P. *Burmanno*, Diſſertatione Philologico — Hiſtorica, *de Praefecto vrbi*, Traiecti, 4. quem ipſum libellum poſtea *Ioh. Ludovicus Vhli-*

Principibus.

Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio* 1658. = 1705.

us, V. C. typis repetendum curavit *F cofurthi cis Viadrum*, 1752. 8. Triennio ſummos in Iure honores meruit, oblata ſertatione *de officio Praefectorum Prae Traiecti ad Rhenum*, 1707. 4. quod ideoſi ficandum eſſe exiſtimavi, quoniam & fal titulum & annum edi video in *Europa dita*, loco mox laudando, p. 70. Quid ro ſcripſerit vir incredibilis ſolertiae, q taque animi conſtantia, & ingenii acumi cum *Silium Italicum*, tum inprimis *Li* expoliuerit, idoneis harum rerum *iud* bus notius eſt, qvam vt a me verbis en rari debeat. Nollem vero *Scipio Maff* in *Appendice Muſei Veronenſis*, p. CC & CCV. eius editionem *Livianam* a bius, quam pro illius dignitate, nota Sed momorderat videlicet fervidioris genii virum doctum animadverſio *L kenborchiana* ad *Liv.* V. c. XXXV. p. Tom. II.

Nat. 1684. = Θ. 1748.

vid. Series Profeſſorum Traiectinorum LX. & Syllabus Rectorum Magnif LXXX. & XCIII. — *G. Stolle* ad *mannum*, p. 512. apud quem tamen ad dum ieiuna eſt Drakenborchii mem — *Ioh. Chriſtophori Strodtmanni* Nova ropa erudita (*Das Neue Gelehrte Eur* Part. IV. p. 65—73. Sed nullus ſane genii & laudis eius praeco melior, facun que inveniri poterat, quam illuſtris Med noſter *Ioannes Ooſterdyk Schachtius*, ius *Oratio Funebris in obitum viri Clari & Eruditiſſimi Arnoldi Drakenborch*, e *creto Senatus Academici publice dicta*,

Digitized by Google

ad Rh. 1748. 4. cum voluptate audita & lecta est.

1705. *Johannes* VIGNOLIVS, Petilianensis, Bibliothecae Vaticanae Praefectus, successor *Laurentii Alex. Zaccagnii*, Archaeologus, & Philologus Romanus, hoc anno *Dissertationem de Columna Imperatoris Antonini Pii*, vna cum *antiquis Inscriptionibus* qvam plurimis, *qvae apud eum* extabant, in vulgus emisit, *Romae*, 4. (v. *Act. Erud.* 1708. p. 25. *Supplement au Journal des Savans*, 1708. Tom. 42. p. 282. *Mémoires de Trevoux*, 1711. Septembr. Art. 137. p. 1639. *Giornale de' Letterati*, Tom. V. Art. 2 p. 4. seq.) Tum antiquitatis studiosi debuerunt ipsi *Epistolam ad Antonium Gallandium de Nummo Imperatoris Antonini Pii qui in tertio eius Consulatu percussus columnam quamdam exhibet*, 1709. 4. mox repetitam in eius *Dissertatione prima de anno primo imperii Severi Alexandri*, p. 99.= 138. (vid. *Giornale de' Letterati*, Tom. VII. Art. 2. a p. 47. *Io. Clerici* Bibliotheca Selecta, *Bibliotheqve Choisie*, Tom. XX. Part. I. p. 298. & *Act. Erudit. Lipsi.* 1709. p. 467.) item eodem anno *Antiquiores Pontificum Romanorum Denarios*, *Romae* 1709. 4. (*Act. Erud.* 1710. p. 29.) iterum vero editos, *tertia sui parte auctos & notis pariter illustratos studio & cura Benedicti Floravantis*, *Romae*, 1734 4. nec non Dissertationem Primam *de Anno Primo Imperii Severi Alexandri Aug. quem praefert Cathedra marmorea Hippolyti*, *Romae*, 1709. 4 (*Act. Erud.* 1709 p. 467.) iterumque *Romae*, 1712.

4. (v. *Act. Erudit.* 1714 Mens. Jul. p.
Giornale de Letterati d'Italia, Tom X
Art. I. a p. 1. *Bibliotheque ancienne &*
derne, Tom. II. P. I. p. 80. seq. *Hist*
Critique de la Republique de lettres, T
VI. Art. 8. p. 203.) cui biennio post
iunxit *alteram dissertationem Apologeti*
de anno primo imperii Severi Alexandri,
potissimum Programma Cycli Paschali
Hippolyti denuo exponitur, *Romae*. 171
(vid. *Act. Erud. Lipsi.* 1716. *Mens. M*
p. 120. *Bibliotheque Ancienne & moder*
Tom VIII. Part. I. p. 76.) Ipse quoc
Librum Pontificalem, *seu de Gestis Rom*
rum Pontificum, quem plerique *Anast*
Bibliothecario tribuunt, lectionum, Codic
Vaticanorum varietate, & adnotationi
illustravit, *Romae*, 1724. 4.
vid. *Banduri Biblioth. Nummaria* n. CXC
212. 213. — De eius Conspectu Chron
giae *Fabricius* VI. *B. G.* c. 4. p. 158.
XII. — *Stolle* ad *Heumannum*, p. 87

circa 1705 *Claudius Franciscus* FRAGVIERius, Ph
logus, Rhetor, carminum Scriptor
Academiae bonarum artium Parisie
Socius, in cuius etiam Historia & C
mentariis varia non inelegantia ingenii
monumenta ad posteros reliquit, vel
Dissertation sur le Sentiment de Platon s
P ésie (*Histor.* T. I. p. 206.=210.) C
derations sur l'Eneide de Virgile, (*H*
Tom. I. p. 210. seq.) *Examen d'un p*
ge de Platon, sur la Musique, (*Hist.* T
II. p. 188. seq.) *Le Caractere de Pind*
(*Memor.* Tom. III. p. 42.) *Dissert.*

Fose
pho
I.
Leo
poldi
filio.
1705.
=
1711.

ſur la Cyropedie de Xenophon, (ibid. p. 58.) *Diſſertation ſur l'Eclogve*, (ibid. Tom. III. p. 157=184.) *Discours ſur la Maniere dont Virgile a imité Homere*, (ibid. p 184. ſeq.) *Diſſertation ſur un Paſſage de Ciceron L. V. Tuscul. où il eſt parlé du tombeau d'Archimede*, (*Memor.* T. III. p. 398.) *Reflexions ſur les Dieux d'Homere*, (*Memor.* Tom. IV. p. 1. ſeq.) *Diſſertation ſur l'Ironie de Socrate, ſur ſon prétendu Démon familier, & ſur ſes moeurs*, (ibid. Tom. VI. p. 1. ſeq.) *Recherches ſur la vie de Q. Roscius le Comedien*, (*Memor.* Tom. VI. p. 114. ſeq.) *Diſſertation, qu'il ne peut y avoir des Poëms en proſe*, (*Memor.* T. VIII. p. 418. ſeq.) *Mémoire ſur l'Elegie Grecque & Latine*, (*Memor.* Tom. VIII. p. 437. ſeq.) Sic etiam Biograghiam Pictorum, (*Abregé de la vie des Peintres*,) *Pariſiis*, 1715. 12. concinnavit, nec verſuum pangendorum artis ignarum fuiſſe oſtendunt eius *Carmina*, cum *Huetii* Carminibus, *Pariſiis* 1720. 12. & cum *Poëtarum Gallicorum Carminibus Graecis & Latinis*, *Hagae Comitum* 1740. 8. vulgata.

Nat. 1666=Θ. 1728.

vid. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 523. 524 — *J. C. de Chaufepié*, *Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Claude-François) *Fragvier.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1249.

1705. *Franciscus* PAGIVS, *Antonii* fratris Filius, Sacerdos Minorita, Chronographus, hoc ipſo anno patrui ſui *Criticam Baronianam* in lucem protraxit, additis *Catalogis decem*

SAEC. XVIII.	AER. CHR	PARS SEXTA.
Principibus.		*veterum Summorum Pontificum hactenus in* *ditis*, *Antwerpiae* 1701. fol. quatuor c dicibus, tum ipse *Breviarium Historico-Chr* *nologico-Criticum Pontificum Romanorum r* liquit, prioribus Tomis III. superstit eo, *Genevae*, 1717. & 1718. 4. excusis qvarto vero post eius obitum, *Antwerpi* 1727. 4. prodito.
Josepho I. *Leopoldi Filio.* 1705. = 1711.		Nat. 1654.=♁. 1721. vid. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 477. 478. — *J. G. de Chaufepié Nouveau Dictionaire* Tom. III. voc. (François) *Pagi*, Nevel d'Antoine. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I Vol. II p. 1486.
	1705.	*Stephanus* BERGLERVS, Coronensis Tran sylvanus, Philologus, & Criticus Graecus mox Lipsiensis, mox Amstelaedamensis mox Hamburgensis, mox iterum Lipsien sis, & tandem Vallachio-Bukurestinus, ho iam anno *Catalogum Scriptorum in Scholii* *Graecis ad Sophoclem allegatorum*, item *In* *dicem Scriptorum in Scholiis Graecis antiqui* *ad Aristophanem allegatorum*, in *Bibliotheca* *Graecae Fabricii Volumine I. Hamburgi* pri mum 1705. typis descripto obvium, con fecit. Vbicunque vero commoratus est ibi quoque pereximia ingenii & eruditio nis suae monumenta, vitae & morum cor tra haud laudabilia reliquit vestigia. Si Amstelaedamensis habitatio peperit duc locupletissimos ad *Julii Pollucis*, quod tur edebatur, *Onomasticon*, 1706 fol. *vocum Gra* *carum*, *& Scriptorum indicem*, quem novis simum etiam *Fabricius Bibliothecae* sua *Gra*

Principibus. Iosepho I. Leopoldi Filio. 1705 = 1711.

Graecae, Vol. IV. p. 491.=514. inſeruit, item *Homeri Opera*, redemtore *Wetſtenio* 1707. 12. duobus codicibus: *Hamburgum*, adiutricem eius & expultricem vitiorum chalcographicorum in *Bibliotheca Graeca Fabricii* manum aliquantisper experta eſt. Alma vero eius nutrix *Lipſia* plures, quam vllus alius locus, ab eo partus ingenii & induſtriae tulit, ſcilicet *Scholiaſten Homeri ineditum, e veteri membrana Bibliothecae Paulinae Lipſienſis accurate* ab ipſo, vt reor, *deſcriptum & prelo paratum* cum *Indice Scriptorum a Scholiaſte hoc allegatorum*, tum *Ioſephi Geneſii de rebus CPolitanis Libros IV. a Leone Armenio vsque ad Baſilium Macedonem, ex veteri Codice membranaceo Bibliothecae Paulinae Lipſienſis deſcriptos, & cum apographo Boſii collatos, vna cum coniecturis variis & verſione integra, vt & variorum iſtius temporis ſcriptorum collationibus*, vti etiam *Herodiani Hiſtoriarum novam & accuratam* interpretationem latinam. quae tria chartarum monumenta haud dubie aere & mercede *Io. Burch. Menckenii* conductus abſolverat. vnde dominus eorum factus eſt *Menckenius*, teſte eius *Catalogo* in *MSSptis* p. 816. 817. Iſtud vero Grammatici Homerici exemplum quo abierit, cum Lipſiae eſſem, comperire non potui. Incertis rumoribus ferebatur, ad *Bentleium* in Angliam tranſiiſſe. *Geneſii* Librorum verſionem eius latinam autographam ab *Andr. Buttigio* emeram, pro qua deinde *Petro* ſecundo *Burmanno* muneri data, malam gratiam tuli. (v. *Depulſion.* p. 17. 18. 19. 25. 26. & *Onom.* Part. II. p. 149.) *Herodiani* verſionem poſt

Leis-

Principibus.

Iosepho I. Leopoldi Filio. 1705. = 1711.

Luisnerum (v. *Onom.* Part. I. p. 36
nactus est *Theoph. Guilielm. Irmischii*
Gymnasii Plaviani Rector, vir eruditi
mus, cuius *Herodiano*, studiosissime rec
gnito, velim aliquando dignus incredit
eius industria redemtor operis contingi
Ne quid dicam de Schedis eius in *Ari*
phanem, *Herodotum*, & *Moeridis Atti*
cam, e quibus hic in Batauis fructus c
perunt eorundem veterum librorum n
tissimi Editores. Lipsia quoque ab eo i
petrauit varias Observationes & Censura
Actis Eruditorum illatas, tanqvam a
Kusteri Aristophanem, A. 1710. p. 97.
Emendationes Philoleutheri Lipsiensis h.
Bentleii in *Menandri Reliquias* A. 171
Januar. p. 30. seq. in Emendationes Gr
novianas Svidae Stricturas A. 1712.
269. seq. ad *Herodotum Jac. Gronovii*
1716 Aug p. 377 = 381. & Septemb
p. 417. = 424. *Alciphronis Epistolas* adn
tationibus eius illustratas, Lipsiae 1715.
emendatricem vitiorum operam in *Se*
Empirico Io. Alb Fabricii, *Lipsiae* 1718 f
collocatam, teste ipso *Fabricio*, in Praefat
nis fine. nec non *Iohannis Nicolai Alexan*
Maurocordati, Vallachiae Principis,
Officiis Libri, graece scripti, versione
Latinam, *Lipsiae* 1722. 4. Tandem ve
Bukurestium Vallachiae eius quoque sole
tiae testis fuit, cum ab eo reliquiae *L*
monstrationis Euangelicae Eusebii descril
rentur, & cum Fabricio Hamburgensi co
municarentur.

Natus A circiter 1680. = ϑ. 1746.
Rumor fuit, pulsum domo a *Maurocord*
ab

Principibus. Josepho I. Leopoldi Filio. 1705. = 1711.

abiisse ad Turcos, iisque circumsecandum se praebuisse. v. *Christo. Wollius* ad *Clarkii* Dissertationem *de verbis Mediis*, p. 240. ex eo P. *Burmannus*, in Praefatione ad *Aristophanem*, p 3 & 9. & *Io. Matthi. Gesnerus* ad *Isagogen* §. 524. p. 422. 423. Tom. I. qui varia de eo singularia habet. Sed in alia omnia nuper abiit *Paulus Wallaszky*, in *Conspectu Reipublicae Litterariae* in *Hungaria*, *Posonii*, & *Lipsiae*, 1785 8. edito, p. 243. (b.) qui vti eum vocat *Cynicae vitae Philologum*, sic refert, *euocatum in Valachiam a Nicol. Maurocordato principe, vt filios eius doceret*, mortuumque esse *non tamen, vt Turcicum recutitum, quemadmodum Cl. Gesner in Praelect. Isag. in Erudit. vniversam* §. 524. *false ait*, sed *Bucharesti magna cum pompa elatum* esse.

Ceterum de eo videantur praeter *Gesnerum*, l. l. *P. Burmannus*, in *Praefat.* ad *Aristophanem*, p. 2.=10. — *Stolle* ad *Heumannum*, p. 551. — De eius consumtis in *Herodoto* recognoscendo studiis *P. Wesselingius* in Praefatione *in Herodotum* * * 4. — *Alexius Horányi*, in *Memoria Hungarorum & Provincialium*, p. 279.=284.

1705. *Johannes Georgius* ECCARDVS, nobilitate accepta, (vulgo: *von Eckhart*,) Duinga-Hanoveranus, Historicus, & Philologus mox Academiae Helmstadiensis, mox palatii principis Hanoverani, mox eiurata Euangelicorum formula, pontificius Herbipolitanus. Quamquam dici potest, iam ab A. 1700. non obscura famae primordia cepisse Excerptis menstruis, (*Monathlichen*

Principibus.

Josepho I. Leopoldi Filio. 1705. = 1711.

chen Auszug aus allerhand neu herausge nen nützlichen und artigen Büchern) tri codicibus *Hanoverae*, ab A. 1700. vsque 1702. euulgatis, tamen maius nominis iubar ab hoc anno sparsisse videtur, c tecto nomine Consilium Bibliothecae Hi ricae Germanorum scribendae daret, (*massgeblicher Vorschlag, wie eine Biblio der Teutschen Geschicht-Bücher verferti werden solle*, sine loco 1705. 8. tum lo praestantissimas disputationes & libros medium proferret, veluti *Dissertationem vsu & praestantia studii Etymologici in storia*, *Helmstadii* 1707. 4. *Stemma Des rianum*, *Helmstadii*, 1708. 4. *Historiam S dii Etymologici Linguae Germanicae ad impensi*, *Hanoverae* 1711. 8. *Brevem ad storiam Germaniae Introductionem in vsum ditorum conscriptam*, *Helmstadii* 1712. *Hymnum magnum Ecclesiae, quem* Te De laudamus, *vulgo vocant*, *Saeculi IX. in in theotiscam linguam conversum & notis lustratum*, *Helmstadii*, 1713. 4. item *inc Monachi Weissenburgensis Catechesin t tiscam Saeculo IX. conscriptam, vt & numenta Catechetica varia theotisca, H verae*, 1713. 4. Praefationem ad *God Guil. Leibnitii Collectanea Etymologica*, *noverae* 1717. 8. Confutationem vulg opinionis de vxore Friderici Austriaci Bri vicensi, (*Wiederlegung der gemeinen M nung, dass Friedrich der letzte Hertzog Oesterreich eine Braunschweigische Prinz zur Gemahlin gehabt.* (Hanover) 1717 *Dissertationem de Imaginibus Caroli M Carolomanni*, *Luneburgi*, 1719. 4. *L*

F

Francorum Salicas & Ripuariorum illuſtratas, vna cum aliis virorum doctorum disputationibus, *Hanoverae*, 1720. fol. *Epiſtolam de numis quibusdam ſub regimine Theodorici Oſtrogothorum regis in honorem Imperatorum Zenonis & Anaſtaſii cuſis*, *Hanoverae*, 1720. 4. (v. *Act. Erud.* 1721. *Aug.* p. 352.) *Quaternionem veterum Monumentorum*, *Lipſiae* 1720. fol. *Cenſuram Diplomatis Caroli ni de Scholis Osnabrugenſis Eccleſiae Graecis & Latinis ab obiectionibus Iod. Herm. Nunninghi vindicatam*, *Helmſtadii.* 1721. 4. *Origines Familiae Habsburgo-Auſtriacae*, *Lipſiae*, 1721. fol. *Epiſtolam de numis quibusdam explicatu difficilioribus*, *Lipſiae*, 1722. 4. (v. *Act. Erud.* 1722. *Febr.* p. 65.) *Hiſtoriam Genealogicam Principum Saxoniae ſuperioris*, *Origines Anhaltinas & Sabaudicas*, *Stemma Deſiderii* &c. *Lipſiae*, 1722. fol. *Corpus Hiſtoriarum medii aevi collectum*, *Lipſiae*, 1723. duobus codicibus, fol. Explicationem arculae pretioſae, (*Erklaerung eines Kleinodien Käſtleins*,) *Norimbergae* 1725. 4. vbi de Bracteatis diſſeruit. *Diſſertationem de Apolline Granno Mogouno in Alſatia nuper detecto, qua dii locales varii, Thermarum item Aquisgranenſium & Wisbacenſium. . . . Antiquitates quaedam breviter exponuntur. Wirceburgi* 1727. 4 & tandem *Commentarios de rebus Franciae Orientalis, ſive Germanicae, & Episcopatus Wirceburgenſis vsque ad Henrici Aucupis* tempora, *Wirceburgi*, 1729. fol. duobus, codicibus, cui operi vir egregie doctus immortuus eſt. Nat. 1674 =☉. 1730. vid. *Jo. Fabricii Hiſtor. Biblioth.* Part. VI. p. 105.=107. 430. — *Io. Alb. Fabricii Bibl.*

Principibus.

Josepho I. Leopoldi Filio.

1705. = 1711.

Med. & inf. Latin. Tom. II. p. 550.=5
— *Stolle* ad *Heumannum*, p. 465. 466.
Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. II. p. 12
— *I. C. Harenbergii Anecdota Eccleſiaſt & Litteraria de Jo. Georg. Eccardo*, in Ni *Barkey*, viri optimi, *Symbolarum Literar rum Haganarum Claſſ.* II. *Faſcic.* I. n. V. 149.=170.

1705. *Johannes Georgius* LEVCKFELDIVS, I ringa-Stolbergenſis, Theologus, & Hiſto cus Groeninganus prope Halberſtadiu hoc anno deſcribere coepiſſe videtur vari oppidorum & Monaſteriorum, quas voca *Antiquitates*, quas omnes Catalogus Bibl thecae *Menckenianae* offert, p. 374. 3 mox cum *Jo. Michaële Heineccio Scripto rerum Germanicarum* digeſſit *Francofurti*, (potius Halberſtadii,) 1707. fol. Praete non vnam Biographiam virorum doctorum velut *Hiſtoriam Spangenbergenſem Cyri Spangenbergii*, *Qvedlinburgi*, 1712. Hiſtoriam *Hesbuſianam* i. e. *Tilemanni H huſii*, *Qvedlinburgi* 1716. 4. vitam *H ricii Buntingii*, *Itinerario* eius *Sacrae Sc turae*, *Magdeburgi*, 1718. fol. praemiſſa *Hiſtoriam Herm. Hamelmanni*, *Qvedlinbur* 1720. 4. vitam *Henr. Meibomii*, eius C nico *Monaſterii Marienbornenſis*, *Magde gi & Lipſiae* 1720. 4. additam, nec *Indicem Hiſtoricum LXXIX. virorum d rum & Theologorum octogenario maior Groeningae*, 1723. 4. concinnavit, vti e *Antiquitates Nummarias*, h. e. numo Bracteatorum Halberſtadienſium, Ma burgicorum & Qvedlinburgenſium mer

Principibus. Iosephe I Leopoldi Filio. 1705 = 1711.

am reſuscitavit, tribus libellis, vel *Lipſiae* 1721. 4. vel *Halberſtadii* 1723. editis. Neque tamen alio in omnibus eiusmodi, qvae reliquit, ſcriptis vſus eſt ſermone, quam theotisco.

Nat. 1668. = ⊖ 1726.

vid omnino *Jo. Fabricii Hiſtoria Bibliothecae*, Part. V. p. 295 = 299. 470. & 478. — *Stolle* ad *Heumannum*, p. 474. 475. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1390.

1705. *Johannes Jacobus* STVBELIVS, Dreſenenſis, Philologus Gymnaſii Afranei Miſenenſis, hoc anno *Aug. Buchneri Orationes Academicas* 8. (v. *Act. Erudit.* 1705. p. 448.) ibidem typis recuſas, 1727. 8. & *Epiſtolas*, iisdem in locis, 1707. & 1720. 8. cum Praefatione, cui inſunt *Iudicia de potioribus Epiſtolarum Scriptoribus*, recenſuit.

Nat. 1652. = ⊖. 1721.

1705. *Georgius* HICKESIVS, Decanus Worceſtrienſis, Philologus, & Archaeologus Anglo-Britannus, hoc anno *Lingvarum veterum Septentrionalium Theſaurum Grammatico-Criticum, & Archaeologicum*, tribus codicibus, *Oxoniae*, fol. in vulgus emiſit, cuius poſtea *Conſpectum brevem* dedit *Gvilielmus Wottonus*, *Londini*, 1708. 8.

⊖. 1715.

vid. *Iac. Georg. de Chaufepié*, *Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (George) *Hickes*, ſecond Fils de Gvilleaume Hickes.

1705. *Henricus* BRENKMANNVS, vel BRENCMANNVS, Roderodamenſis, ICtus, Philolo-

Principibus.

Josepho I. Leopoldi Filio. 1705. = 1711.

logus, & Criticus, mox Haganus, Rotterodamensisue, mox Academicus Florentinus, mox tandem Culemburgensis, hoc anno in Academia Leidensi honores iuridicos meruit, edita dissertatione *de Legum inscriptionibus.* 4. circa quod idem tempus *de Lege Remmia* singularem librum concinnauit, *Everardi Ottonis Thesauri Juris Tomo* III. p. 1561 = 1696. insertum, mox *de Eurematicis Diatriben*, *s. in Herennii Modestini librum singularem περὶ Ευρημάτων Commentarium*, *Roterodami*, 1706. 8. elaborasse videtur, argumento subscriptionis in calce Dedicationis, qui tamen, nisi forte est merum & nimis solenne hodie libellionis ludibrium, Anno demum 1711. *Lugduni Batav.* prodiit. Tum magno conatu *Pandectas iuris civilis auctoribus Juris & Libri* restituere apud animum constituerat, *Specimenis loco P. Alfenum Varum*, Amstelaedami, 1709. 8. ad pristinam librorum formam redigens. Qua occasione subnatam ipsi Codicis Pandectarum Florentini accurate inspiciendi cupiditatem fuisse suspicor. (v. Hist. Pandect. c. XII. p. 86. 87.) Anno certe 1709. Italiam petiit, ibique per triennium circiter versatus non id tantum, cuius potissimum gratia illuc venerat, curauit, sed literarum etiam consuetudine cum Italiae, Germaniae, Bataviae viris doctis instituta, aliis bonarum artium studiis profuit, argumento paucarum quidem Epistolarum in *Clarorum Belgarum ad Ant. Magliabechium & alios*, *Epistolis*, Tom. II. p. 322.—327. *Epistolarum Cuperianarum ad Lacrozium*, p. 122. it. 372. *Thesau-*

SAEC. XVIII | AER. CHR. | PARS SEXTA.

Principibus. Josepho I. Leopoldi Filio. 1705 = 1711.

sauri Lacroziani, Tom. I. p. 72. 118 *Sylloges Novae Epistolarum*, ab *Vblio*, V. C. digestae, L. III. p. 488 & 499. Praefationis Gesnerianae ad Rusticos Latinos, §. XV. p. XX. indicio vero plurium aliarum Epistolarum, quarum nonnulla beneficio viri Amplissimi amicissimique *A. Perrenoti* teneo Excerpta. In Italia adhuc moratus cum *Johanne Massono* consilium Societatis Literariae condendae cepit, quod redux in patriam persequi coepit edito paruo, sine anni & loci mentione libello, huius tituli: *Societas Literaria, seu leges Societatis ab Henrico Brencmanno instituendae.* 8. Inde simul grave & difficile Pandectarum opus moliebatur, cuius quidem pulchram iucundissimamque Promulsidem dedit *Historiam Pandectarum, seu Fatum Exemplaris Florentini, Trai. ad Rhen.* 1722. 4. suumque de his Pandectis iudicium in singulari *Epistola* aduersus *Gvidonem Grandium*, & *Christ. G. Schwartzium*, defendit, ibidem 1735. 4. sed quod perpoliendum sumserat, ad finem ipsi per flebilem eius vitae exitum perducere non licuit.

Nat. 1680. =Θ. 1736. αυτοφονος occidit, propterea Cl. *Oudendorpius* in *Praefat.* ad *Caesarem* XXX. Not. (l.) *meliore fato dignissimum* vocat.

vid. *P. Burmannus*, in *Praefat.* ad *Thesaur. Ital.* Tom. IX. p. (12.) (13) — *Io. Alb. Fabric.* in *Conspectu Thes. Ital.* p. 127. — *Stolle* ad *Heumannum* p. 495. — *Georg. Christi. Gebaueri Narratio de Henrico Brenkmanno, de MSSptis Brenkmannianis, de suis in Corpore Iuris civilis conatibus*

&

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus.		*& laboribus &c. Gottingae*, 1764. 4. *Nov. Act. Erudit.* 1763. Septembr. I I. p. 453.=464. *Algemeine Deutſche bliothek*, Tom. VI. P. I. n. VII. p. 5 65. *Klotzii Act. Liter.* Vol. I. Part. p. 407.
Joſepho I. *Leopoldi Filio.* 1705. = 1711.	circa 1705.	*Franciscus* FABRICIVS, Amſtelaedamen Theologus, Orator, & Philologus A demiae Leidenſis, cuius plurimae I Diſſertationes bonae in *Chriſto, unico Ec ſiae Fundamento, Lugd. Bat.* 1717. 4. *Chriſtologia Noachi & Abrahami*, ibid 1727. 4. & in *Fide Chriſtiana Patriarc rum*, ibidem 1730. 4. obviae. Ad hu etiam auctorem referri debet *Oratio in talem centeſimum & quinqvageſimum Aca miae Batavae, qvae eſt Lugduni Bat* 1725. fol. & 4. Nat. 1663.=Θ. 1738. vid. *J. G. de Chaufepié Nouveau Dictionai* Tom. II. voc. (François) *Fabricius*, P feſſeur en Theologie — *Catal. Bibl. Bun* Tom. I. Vol. II, p. 1232. 1233.
	1705.	*Gerardus* SICHTERMANNVS, Gronin nus, ICtus, & Philologus, hoc anno *L ſertationem de poenis militaribus Romanor Groningae Friſiorum* vulgavit, 4. quae d de in ſingularem libellum converſa, *ſtelaedami*, 1708. 8. recocta eſt. Nat. 1687.=Θ. vid. *Io. Frider. Iuglers Beytraege zur J ſtiſchen Biographie*, Tom. II. Part. I XVII. p. 220. 221.

Digitized by Google

SAEC. AER. XVII CHR.

PARS SEXTA.

Princi- pibus.

1706. *Dominicus* LAZZARINUS *de* MURRO (vulgo: *di Morro*,) Patricius Maceratenſis, Theologus, Rhetor, & Philologus *Gymnaſii Patavini*, hoc anno *Epiſtolam* ſcripſit *ad Amicum Pariſienſem pro Vindiciis antiquorum Diplomatum Iuſti Fontanini*, *Romae*, 8. aliamque proximo anno *ad Iuſtum Fontaninum contra Germonii Disceptationes*, *Macerata* 1707. miſit, quemadmodum eius quoque *Defenſionem in P. Bartholomaeum Germonium*, *Caietanus Lombardus*, Philoſophus & Medicus Neapolitanus, *Venetiis*, 1708. 8. vulgavit. Mox ad cathedram Patavini Lycei vocatus *Orationes duas pro optimis ſtudiis* habuit *Patavii*, 1711. 1712. Alia eius opuscula continentur Syllogе quadam libellorum poſt eius mortem a *Francisco Benaglio* curata (*Oſſervazioni ſopra la Merope del Sign. Scipion Maffei e altre varie operette parte finora qua & la diſperſe parte non piu publicata*, in *Roma*, 1743. 4.)

⊖. 1734.

v. *Nic. Comneni Papadopoli Hiſtor. Lyc. Patav.* L. II. Sect. II. c. LVI. § IV. p. 191. — *Io. Fabricii Hiſt. Bibl.* Part. VI. p. 310.

1706. *Johannes Baptiſta* MORGAGNIVS, Foroliviensis Nobilis, Medicus, Archaeologus, & Philologus Lycei Patavini, hoc anno *Aduerſaria Anatomica prima* edidit, *Bononiae*, 4. Cetera eius cum de vniuerſa re medica, tum de literis, & veteribus Medicis, nominatim de *Celſo*, *Q. Sereno Sammonico*, item rei ruſticae Scriptore *Columella* haud

SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEXTA.

Principibus.

Josepho I. *Leopoldi Filio.* 1705. = 1711.

vulgaria sunt merita, quae clarissime
gnoscuntur ex eius *Operibus Miscellane*
tres in Partes divisis, *Venetiis* 1763.
(v. *Acta. Erud. Lipsi.* 1764. *Sept.* & *Oct.*
a. p. 161. seq.) in primis Parte III. *Epi*
las XIV. *Historico-Criticas*, qvas *Aemi*
nas vocavit, continente. Ideo autem
milianas nominauit, quod pleraeque in
milia scriptae, & ad antiquitatem, G
graphiamque illius regionis pertinent,
sociantur quidem vulgo haec *Opuscula M*
cellanea cum eius *Operum & Epistolaru*
Tomo I. *Patavii* 1765. & Tomo II. *Ve*
tiis 1764. fol. edito.

Nat. 1682.=Θ. 1766.

vid. *Nic. Comneni Papadopoli Historia Gym*
sii Patavini, T. I. L. II. Sect. II. c. XXX
p. 174. 175. — *Io. Fabricii Histor. Bi*
Part. IV. p. 12. 13. — *Vitarum Italor*
doctrina excellentium, qui Saeculo XVI.
floruerunt, Decas II. auctore Angelo Fabroni
Romae, 1769. 8. p. 287.=334. —
Haller Bibliotheca Chirurgica, Tom. I.
VI. n. 478. p. 572.=574. & *Bibliotheca*
natomica, Tom. II. L. VIII. n. 797. p. 3
=37. — Librorum eius scriptorum XV
Codices fol. apud *Girardium*, Professore
Anatomes Parmensem, etiamnunc supere
se auctor est *Biörnstähl*, in *Itinere*, Pa
II. p. 265.

circa 1706.

Nicolaus BOINDIN*ius*, Vectigalium re
Procurator, ICtus, Philologus, & A
demicus bonarum artium Parisiensis,
ius nonnullae sunt de quibusdam antiqui
tis Romanae, & Historiae Francicae h
d

Digitized by Google

Principibus. Josephi I. Leopoldi, Filio 1705 = 1711.

disputationes, tanqvam: *Dissertation sur les Noms des Romains*, in *Histor. Acad. Inscript.* Tom. I. p. 188.=194. ed. *Amstel.* de Cognomine Caievarii Ludovico S. dato, *Observations sur le Surnom de Caievaire donné à St. Louis*, (ibidem T. I. p. 395 = 401.) *Discours sur les Tribus Romains*, (*Memor. Ac. Inscr.* T. I. p. 91.=120. & Tom. V. p. 88.=150.) *Discours sur la forme & la construction du Theatre des Anciens*, (*Memor.* T. I. p. 147.=196.) & *Discours sur les Masqves & les habits de theatre des Anciens* (*Memor.* Tom. V. p. 172.=193.)

1706. *Prosper* JOLYOT, dominus de CREBILLON, Divionensis, Poëta tragicus Parisiensis, hoc anno primum docuit fabulam tragicam, nomine & titulo *Idomeneam.*

Nat. 1674.=Θ.

vid. *Papillon Bibliotheqve des Auteurs de Bourgogne*, Tom. I. p. 349=352.

1706. . . . . ROGISSARDus, nescio cuias, *Deliciarum* Italiae auctor, a quo exemplum sumserunt, quotquot postea aliorum locorum & vrbium *Deliciis* suis Saeculi & emtorum studia fefellerunt. Huius sunt: *Les Delices d'Italie, contenant la description exacte du Pais, des principales villes, de toutes les Antiqvitez, & de toutes les raretez qvi s'y trouvent* &c. a *Leyde* 1706. 12. (v. *Journal des Savans* 1706. Tom. 34. p. 55. ed. *Amst.*) item *à Paris*, 1707. 12. (v. *Journal des Savans* 1707. *Decembr.* p. 468.) &, *à Leide*, 1709. 12. sex codicibus.

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus.	1706.	*Christophorus Augustus* HEVMANNVS, ſtadio Thuringus, Theologus, Hiſtoric & Philologus primum Gymnaſii, po Academiae Gottingenſis, hoc iam anno clarescere coepit, argumento indicis ſc torum, quem ipſe in Praefationibus ſui *Conſpectum Hiſtoriae, Literariae* a. p. 17 52. accuratiſſime confecit, quo mi eiusmodi quid repetere mihi licet. Id lum nollem, apud Theologos probos fuci expertes poſt mortem inuidiam conflaſſet libello quodam, cui titulus: *weis, daſs die Lehre der Reformirten Kir vom heil. Abendmahle die rechte und ware Eisleben, und Wittemberg*, 1764. 8. non q dicere, qvae ſentias, cuique bono integrum eſſe non poſſit, ſed quod pe nae ſuae, quam gerebat, cauſa aliud pectore clauſum, aliud in lingva promt habuiſſe videbatur viuus. De hoc libro v. Cl. *Io. Aug. Erneſti* in *Nova Bi theca Theologica*, Part. V. Sect. II. n. p. 148 =157. in qva etiam *Bibliotheca* tat Notitia Scriptorum Anti-Heuman norum: *Nachricht von den Schriften G D. Heumans Erweis*, Part. VI. Sect. V n. V. p 732.=762.
Josepho I. Leopoldi Filio. 1705. = 1711.		Nat. 1681 =Θ. 1764.
		vid. *Jo. Fabricii Hiſtor. Biblioth.* Part. V 429. 430. — *Io. Matthi Gesnerus* V eius ad Hiſtoriam Literariam ſummo iure laudauit ad *Iſagogen* §. 592. p. 483. *aureolum* librum vocans, ad §. 62 512. errorem tamen ibi commiſſum not nec non de eius *Epigrammatibus*, ſ. *d*

Digitized by Google

Principibus. Posteriori Leopoldi Filio. 1705 = 1711.

logia Latina, quam edidit, singulare quiddam commemorat ad §. 1153. p. 422. 423. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1315. — *Memoria Christi. Aug. Heumanni . . . nomine Academiae Georgiae Augustae scripta a Christi. Gottlieb Heyne*, *Gottingae*, 1764. fol. typis repetita in *Samuel. Mursinnae Biographia selecta*, *Halae Magdeburgicae*, Vol. I. p. 782. 8. p. 131 = 168. — De *Chr. Aug. Heumanno* brevis Narratio apud *Klotzium* in *Act. Liter.* Vol. I. Part. III. p. 359. — *Ioh. Stephani Putteri Specimen Historiae Literariae Academicae*, *nominatim Academiae Georgiae Augustae Gottingensis*. *Gottingae*, 1765. 8. p. 27. = 34. — *Georg. Andr. Cassii*, ICti Gottingensis, *Ausführliche Lebens-Beschreibung D. Chr. Aug. Heumanns, aus desselben in MSC. hinterlassenen, und andern Zuverlässigen Nachrichten verfasset*, *Cassel*, 1768. 8. quam tamen vitam non magnopere commendant Auctores *Bibliothecae communis theotiscae*, Tom. XII. Part. I. p. 360.

1706. *Johannes Davides* KOEHLERus, quasi Carbonarius, Coldicensis Misnicus, Historicus, Geographus, Genealogicus Scriptor, & Philologus, primum Altorfinae, tum Gottingensis Academiae, hoc anno iam *Socratis Epistolam ad Archidamum*, *Lacedaemoniorum Regem*, in lucem protulit *Witebergae*, 4. tum multis aliis ingenii monumentis, quae alicubi plene indicata sunt, ita se commendauit, vt eius paene nomen pro Historia haberetur.

Nat. 1684. = ⊖. 1755.

SAEC. XVIII.	AER. CHR	PARS SEXTA.
Principibus.		Icon eius cum ante *Directorium Freberianu* & *Descriptionem orbis antiqui in XLIV. bulis exhibitam*, tum in numo *Musei M zuchelliani*, Tom. II. Tab. CLXXII. I. ad p. 298. cernitur.
Josepho I. Leopoldi Filio. 1705. = 1711.		vid. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 472. 473. 712. — *Io. Matthi. Gesnerus* eius Delic numarias (*Müntzbelustigungen*) laudat *Isagog.* §. 562. p. 448. 449. — *Putteri Spe men Hist. Lit. Acad. Gotting.* p. 61.=6 — Icon & vita eius in *Ioh. Matth. Schroec Abbildungen*, &c. Tom. II. *Fascic.* II. XXXIX. p. 240.=253.
	1706.	*Johannes Henricus* LEDERLINVS, Arge toratensis, Philologus Ebraeus & Gra cus illius Academiae, circa hoc temp septem priores libros *Iulii Pollucis O maſtici* curaverat, quod hoc anno l cem vidit *Amstelaedami*, fol. quanta pe ro eruditione & iudicii sanitate litera divinas cum humanis copulaverit, lib eius & disputationes, quas reliqvit, sa demonstrant. Inter alia *Coranum* latine i terpretatus esse dicitur, quam versione apud eius generum, doctiss. *Schereriu* adhuc in scriniis servatam, magis persp cuam, qvam *Maraccii* esse censet *I. Biörnstähl*, in *Itinere*, Part. V. p. 90. Nat. 1672.=ə. 1737.
		vid. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 726. 727. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 138 — inprimis *De Vitis Philologorum nos aetate clarissimorum Volumen tertium auct Theophil. Christoph. Harlesio* p. 1.=31.

Digitized by Google

1706. *Johannes Conradus* SCHWARTZIVS, Coburgenſis, Theologus, & Philologus Gymnaſii illius vrbis. Etſi iam diſſertationem *de Plagio literario*, *Halae Magdeburgicae*, 1701. 4. defenderat, tamen quia eamdem in ſingularis libelli formam converterat, *Lipſiae* 1706. 8. eum quoque huius, quam illius anni, comitem eſſe volui. Debemus autem ipſi *Deſignationem Helvetiae finium longius, quam vulgo ſolet, protrahendorum ad. G. G. Leibnitium*, *Coloniae*, 1710. 4. *Caeſaris Germanici opera, quae extant, omnia, cum latina tum graeca, cum Commentariis integris* virorum doctorum, *Coburgi*, 1715. 8. *Diſſertationem de Democriti Theologia*, ibidem, 1718. 4. *Horatii Turſellini de particulis, olim recognitum a Jac. Thomaſio, nunc collupletatum & perpolitum* ex editione altera, *Lipſiae* 1719. 8. & 1734. 8. *Cellarii Notitiam orbis antiqui annotationibus varii generis illuſtratam & auctam*, *Lipſiae*, 1731. 4. *Schediasma de illuſtrando, poliendoque Palladio, rei ruſticae Scriptore*, *Coburgi*, 4. ſine anno. *Grammaticam Latinam*, *Coburgi* 1732. 8. & *Commentarios Criticos & Philologicos Linguae Graecae Novi Foederis divini*, *Lipſiae*, 1736. 8. mai. Θ. 1747.

v. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 521. — *Fr. Otto Menckenius* in *Criticae Literariae Specimine* I. p. 88. (b.) *Miſcell. Lipſienſium Novorum*, Vol. I. Part. I.

1706. *Carolus* DAVBVZius, Presbyter, & Philologus, ni fallor, Cantabrigienſis, *pro teſtimonio*

Fl.

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS. SEXTA.
Principibus.		*Fl. Josephi de Jesu Christo Libros* II. scri *cum Praefatione Jo. Ernesti Grabii* edit *Londini*, 1706. 8. & repetitos in *Appe ce Josephi Haverkampiani*, p. 187. = 2 Tom. II.
Josepho I. *Leopoldi Filio.* 1705. = 1711.	1706.	*Michaël* MAITTAIRE, Grammaticus & chaeologus Scholae Westmonasterien vir librorum cognitione, indefessa oper literarumque graecarum & latinarum sci tia & studio haudquaquam vituperabil vltra vulgus certe ludimagistrorum longi me sapiens, tametsi a *P. Burmanno* aliquoti acerbe notatus fuerit, tanquam in Praef tione *ad Ovidium*, post eius mortem sigil tim edita, *** = *** 3. in Praefatione *Valerium Flaccum* *** 2. 3. & *Velleium P terculum* † † 7. Negari enim non potes suis eum libris haud mediocrem subin apud eruditae antiquitatis studiosos grati iniisse, tanquam *Graecae Lingvae Dial tis*, eo anno primum editis, *Londini*, postea ibidem 1737. 8. recusis, & a *Frid. Reitzio* nostro, *Hagae Comitum*, 173 8. mai. repetitis, porro *Stephanorum H storia, vitas ipsorum ac libros* complectent *Londini*, 1709. 8. *Operibus & Fragmen veterum Poëtarum Latinorum profanorum Ecclesiasticorum*, *Londini*, 1713. fol. du bus codicibus, (v. *Act. Erud.* 1713. p. 4 & *Fabricii Bibl Lat.* L. IV. c. I. p. 2 = 291.) *Horatii Flacci operibus*, *Londi* 1715. 8. *Historia Typographorum aliq Parisiensium, vitas & Libros complecten* ibidem, 1717. 8. *Lucani Pharsaliorum* censione, ibidem 1719. 12. cum prae

Digitized by Google

Principibus.

Iosephe I Leopoldi Filio. 1705. = 1711.

tione, vbi *Parentalia, vita, varia opera, & Character M. Annaei Lucani.* — *Epistolari de antiquis Quinctiliani editionibus dissertatione ad Iob. Clericum*, ibidem 1719. 4 *Annalibus Typographicis ab Artis inuentae origine, Hagae Comitum, Amstelodami, & Londini*, 1719.=1741. 4. quinque Tomis qui non sunt perfecti & integri, nisi hoc modo: *Primus Tomus, Hagae Comitum*, 1719. 4. editus, constat vna duntaxat parte, in fronte libri imagines Typographorum referente. *Tomus II.* habet *partem priorem & posteriorem* apud Fratres *Vaillant*, & *Nicol. Prevost*, *Hagae Comitum*, 1722. *Tomus III.* itidem constat *Parte priori & posteriori*, ibidem apud eosdem 1725. Tomi IV. itidem est *Pars prior & Posterior*, *Amstelaedami*, apud *Petrum Humbert*, 1723. 4. sed mendacio Bibliopolae dicitur *Tomus I. Pars prior & posterior*, cui etiam in fronte adiectae sunt imagines Typographorum, vt emtores crederent esse revera Tomum I. *Hagae Comitum* 1719. typis exscriptum. tandem *Tomus V.* & vltimus Indicem in Tomos Qvatuor complectitur. *Pars prior & posterior*, *Londini* 1741. 4. qui Tomus nunquam typis Batavis repetitus est. Totum autem Opus *Annalium Typographicorum* IX. Partibus absolutum esse debet. Praeterea aliis industriae suae monumentis se non esse de vulgo Scriptorum ostendit, velut *Miscellaneis Graecorum aliquot Scriptorum Carminibus, cum versione latina & Notis*, *Londini*, 1722. 4. mai. *Epistola ad Claud. Capperonerium*, (de Maledicentia P. Burmanni) circa hunc, vt suspicor, Annum

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus.		ſcripta, in *Hiſtoria Literaria Europae*, (*ſtoire literaire de l'Europe*) Tom. II. p. 2 ſeq. *Marmoribus Arundellianis*, *Lon* 1732. fol. *Appendice ad Marmora Ac* *miae Oxonienſis*, ibidem, 1733. fol. & *tiqvis Inſcriptionibus duabus*, ibidem 17 fol. de quibus ſuo tempore per literas cum Cl. *Dan. Gerdeſio*, vid. eius *Scrin* *Antiqvarium*, Tom. VIII. Part. II. p. 7 715. nunc addi velim, has duas, q *Maitterius* vulgauit, Inſcriptiones, part fuiſſe *Tabularum Heracleenſium*, Heracle quippe, non in Herculaneo, A. 17 inuentarum, eamdem a ceteris diremta ad Anglos perlatam, *Briano Fairfax* 1735. venditam, Annoque 1736. ab *Maitterio* editam fuiſſe, reliqvas vero p tes a *Guemara* quodam emtas, & ab *A* *Symm. Mazochio* ſingulari *Commentario* in *Aeneas tabulas Heracleenſes* libro, *Ne* *li*, 1754 fol. illuſtratas, in muſeum Regi Porticenſe tranſiiſſe, eamdem tamen h tabulam *Fairfaxianam* poſt domini morte vt ſunt ſaepe mirabiles monumentorum terum viciſſitudines, ex Anglia in Itali rediiſſe, & cum reliquis Tabulis He cleenſibus aptam & nexam in illo eod Muſeo regio etiamnunc cerni. teſte *Bi* *ſtäblio*, in *Itineris* Parte I. p. 274.=2 — Tandem ab aequis rerum arbitris multo minorem diligentiae laudem t *Anacreontis Editione altera cum novis ve* *nibus*, *ſcholiis Graecis*, *& Notis*, *Lond* 1740. 4. *Plutarchi Apophthegmatibus Re* *& Imperatorum graece & latine cum adn* *tionibus ex variis Auctoribus collectis*,
Joſepho I. Leopoldi Filio. 1705. = 1711.		

d

Principibus. — Iosephus I. Leopoldi, Filio 1705 = 1711.

dem, 1741. 4. mai. *Senilibus*, ſ. *Poëticis aliquot in argumentis varii generis Tentaminibus*, ibidem, 1742. 4. mai. & *Catalogo Bibliothecae Harleianae locos Communes diſtributo cum Indice Auctorum & praefatione*, ibidem, 1743. & 1744. 8. mai. quatuor codicibus. Vti etiam Bibliothecam habuit rarioribus refertam libris, teſte eius, qui penes me eſt, Catalogo, *A Catalogve of the Large and Valuable Library of the late Learned and Ingenious Mr. Michael Maittaire.* (London) 1748. Parts I. II. 8.

Θ. 1747.

vid. *Io. Alb. Fabricius* VI. *Bibl. Gr.* c. X. p. 462 =464. Vol. XIII. — *Obſervations de Mſr. de Boze ſur qvelqves Endroits des Annales Typographiqves de M. Maittaire*, in *Hiſtoria Acad. Reg. Inſcript. Paris.* Tom. XIV. p. 227.=237. — Cf. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 744. 745.

1706. *Johannes* BARBEYRAC*ius* Lauſannenſis Helvetus, ICtus, Hiſtoricus, Philologus, & Philoſophus, mox Berolinenſis, mox Lauſanenſis, mox denique Academiae Groninganae, hoc anno iam *Puſendorfium* de *Iure Naturae & Gentium* francice loqui iuſſit, *Amſtelaedami*, 4. quae maioris operis interpretatio bis ibidem typis repetita eſt, 1712. & 1734. 4. Praeter varias Orationes, vel latine vel francice habitas, & in quoddam corpusculum redactas, *Recueil des Discours ſur diverſes matieres importantes traduit où compoſez par lui avec l'Eloge hiſtorique de feu Mr. Noodt, à Amſtel-*

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus.		*ſteldam* 1731. 8. duobus codicibus, hi r xime illuſtres ſunt eius libri: *Sermons* *Mr. Tillotſon*, traduits, *Amſtel.* 1722 *Traité de la Morale des Peres de l'Egli* *Amſterd.* 1728. 4. *Hiſtoire des anciens T* *tez, ou Recueil hiſtoriqve & Chronologi* *des Traitez répandus dans les Auteurs G* *& Latins, & autres Monumens de l'A* *qvité, depuis les tems les plus reculez* *qves à l'Empereur Charlemagne*, in pri Tomo *Supplementi Corporis Diplomatici* *montii*, *Amſtel.* 1739. fol. *Traité Philo* *phiqve des Loix naturelles de R. Cumberlan* *traduit* &c. *Amſterdam*, 1744. 4.
Joſepho I. Leopoldi Filio. 1705. = 1711.		Nat. 1674. = Θ. 1744. vid. *G. Stolle* ad *Heumanni Conſpectum*, p. 5 — Nova Lipſienſia de rebus erudit (*Neue Zeitungen*,) 1744. *Novembr.* p. 7 =795. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. V II. p. 1060. adde Supplementa Biograph Barbeiracianae, (*Zuſätze zur Geſchic des Herrn Barbeyrac*,) in *Beytraegen* *Hiſtorie der Gelahrtheit*, Hamburg. 1749 Part. IV. p. 244. 245.
	1706.	*Tiberius* HEMSTERHVSIVS, Gronin nus, Philoſophus, Hiſtoricus, & Pr ceps huius memoriae Criticorum, prim Athenaei Amſtelaedamenſis, tum Fra qveranae, & tandem Leidenſis Aca miae, hoc anno *Iulii Pollucis Onomaſt* a *Ioh. Henrico Lederlino* edi coeptum ma cum laude abſolvit, *Amſtelaedami*, Deinde quicquid in libris veterum Gra tentabat, id omne reconditam eius lit

Digitized by Google

Princi-pibus.

Filio. 1705 = 1711.

circa 1711. *Melchior de* POLIGNAC, ſive *de Poliniaco*, ortus gente vetuſta, nomen fortaſſis ſortita a caſtello *Poliniaco*, vel *Apolliniaco* in Velaunis. (vid. *Gruterum* ad XXXIX. & *Montefalconem Supplem. Antiqu. Explic.* T. I. p. 86.) Pontificis Romani Satelles purpuratus, Archiepiscopus Auſcenſis, Philoſophus, Carminum Scriptor, & Archaeologus Pariſienſis. Eo ſuperſtite iam editum erat Fragmentum Carminis eius *Anti-Lucretiani*, (*Fragmens d'un Poëme de Mr. le Cardinal de Polignac*,) apud *A H. Sallengrium*, in *Mémoires de Litterature*, Tom. I. Part. II. Art. XII. p. 413.—418. poſt eius vero demum mortem ipſe *Anti-Lucretius* cura & ſtudio *Abbatis Caroli d'Orleans de Rothelin*, quamquam inter operarum initia mortem quoque ſubeuntis, lucem vidit, *Pariſiis* 1747. 8. mai. duobus codicibus. quae πρωτότυπος editio longe venuſtior eſt repetita *Amſtelaedamenſi*, 1748. 8. Eruditae autem antiquitatis monumenta eum amaſſe non modo tituli graeci demonſtrant, quos ad Academicos bonarum literarum Pariſienſes miſit A. 1733. (v. *Hiſtor. Ac. Inſcript.* Tom. V. p. 262.—266.) ſed Muſei quoque divitiae docent, quae poſt eius fata hoc ſub indice

SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEXTA.

Principibus.

Carolo VI. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.

venales pependerunt: *Etât & Desc*
des Statues tant Coloſſales, que de gra
naturelle, & de demie nature, Buſtes, g
moyens, & demi-Buſtes, Bas-Reliefs
ferentes especes, vrnes, Colonnes, I
tions, & autres Ouvrages antiques tant
que Romains, trouvés à Rome, aſſe
& esportéz en France par feu Mr. le
nal de Polignac. à vendre en total,
parties, dans les tems qui ſeront indiq
Paris de l'Imprimerie de J. B. Coignard.
8. Plurima huius gazae λείψανα ad Mu
Regis Boruſſici Berolinenſe tranſiiſſe a
res mihi fuerunt, qui traderent.

Nat. 1661.—Θ. 1741.

Icon eius pulchre depicta cernitur in f
Anti-Lucretii, editionis Pariſienſis
etiam brevis deſcriptio vitae in Praef
ne, p. VIII.—XXII.

vid. *Eloge de Mr. le Cardinal de Polignac,*
Mr. de Boze, in *Hiſtor. Acad. Pariſ.*
ſcript. Tom. XVI. p. 307.—319. ed. P
Inde fortaſſis ſumtum eſt Elogium ſig
tim editum: *Eloge de Mſr. le Cardina*
Polignac, Paris 1742. 12. (*Nov. Act.*
dit. 1746. *Jul.* p. 426.—428. adde omn
Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. II
1524. 1525. *Journal des Savans*, 1742
vembr. p. 320. & *Journal Helvetique*, 1
menſ. Aug. p. 81.

1711. *Carolus* PORéE, Sacerdos Ieſuita, & O
Pariſienſis, hoc anno primam ſuam
tionem Panegyricam, ſive *Laudationem*
nebrem Ludovici Franciae Delphini in
Ludovici Magni Collegio habuit. a quo

AER. CHR.	PARS SEXTA.
	pore multis aliis eiusmodi argumentis, se minime infantem esse, demonstravit. Tametsi vero in elocutione veram latinitatis pulchritudinem vrbanitatisque Romanae colorem & sensum assecutus non fuerit, tamen quid in rebus sententiisque apte reperiendis efficere posset, feliciter approbauit. Omnes autem *Orationes* eius iunctim prodierunt *Parisiis*, 1735. 8. mai. duobus codicibus, & ex nova editione auctiori, & emendatiori, ibidem, 1747. 8. tribus codicibus.
	Nat. 1675.—Θ. 1741.
	vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1528.
1711.	*Renatus Antonius Ferchaud de* REAVMVR, Physicus Parisiensis, qui Commentariis Academiae, vt vulgo loquuntur, Scientiarum nunc primum disputationes inseruisse dicitur.
	v. *A. Haller Biblioth. Botanic.* L. IX. n. MXXII. p. 104. Tom. II.
1711.	*Johannes Petrus Moretus de Burgo Canuto*, *Marchio* VALBONNAESIVS, (vulgo: *Moret de Bourchenu*, *Marquis de Valbonnays*,) Gratianopolitanus, ICtus, Rationibus Fisci curiae Delphinatus Praefectus, (*Premier Président de la Chambre des Comptes de Dauphiné*) Historicus, Philologus, & Archaeologus, hoc anno Historiae suae Delphinatus praelusit, edendo: *Mémoires pour servir à l'histoire de Dauphiné*, *Paris.* fol. quos Commentarios postea subsecuta est ipsa Del-

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus. Carolo VI. Josephi Fratre 1711. = 1740.		Delphinatus historia, (*Histoire de Da né,*) *Genevae*, 1721. fol. (vid. *Act. Er Lipsienſ.* 1723. *Januar.* p. 1. ſeq.) In variis disputationibus apud rei Archa gicae ſtudioſos gratiam iniit, tanq (1.) *Premiere Lettre... à un de ſes am une Inſcription découverte à Lyon depuis in Mémoriis Trevoltinis*, 1715. menſ. Art. 67. p. 737.—744. (2.) *Seconde tre ... ſur l'inſcription trouvée a Lyon l'on établit la diſtinction de deux espec Gladiateurs dans la méme Perſonne, qui le ſuiet de l'Epitaphe, pour ſervir d'Ec ciſſement aux Difficultez propoſées dan Diſſertation envoyée de Lion avec que remarques ſur le mot Aſſidarius, à Gre* 1715. (ibidem 1715. menſ. Jun. Art. p. 1024.—1065. (3.) *Troiſieme Lettr ou l'on examine le Sentiment propoſé ſ formule ſub Aſcia, & ou l'on appuye p nouvelles raiſons la coniecture d'un anciem teur ſur le méme ſujet. On releve à occaſion un erreur de Mſr. Perrault da traduction de Vitruve.* a *Grenoble* le 12. 1715. (ibidem 1715. menſe Jun. A 89. p. 1034. ſeq.) (4) *Nouveaux Eclai ſemens donnez par Mr. de Valbonnais ſ ſens de l'Epitaphe, au ſujet de la diffe ſituation du point entre les lettres RV obſervée dans la figure envoyée de Ly dernier lieu*, (ibidem Art. 91. p. 1058. *Lettre de Mr. de Valbonnais ..... à Bon, premier Preſident de la Cour des de Montpellier ſur un article des Mer du Mois de Juillet*, 1715. c'eſt à dire *une Inſcription Grecque trouvé à Mar*

Digitized by Google

ibidem 1716. Menſ. Deeembr. Art. 175. p. 2226=2231. (6.) *Remarqves ſur l'Inſcription antiqve appellée le Monument de Ventavon.* (in *Hiſtor. Acad. Inſcript.* T. IV: p. 400=407. ed. Amſtel. T. VII. p. 257. ſeq. ed. Pariſ. nec non in *Memoriis Trevoltinis*, 1728. menſ. April. Art. 45. p. 734. vbi: *Conjectures qve l'illuſtre ſavant Mr. le Marqvis de Valbonnays .... nous a communiqvées ſur une Inſcription ancienne, qvi ſe voit a Ventavon a cinq lieues de Gap ſur la muraille du Jardin du Seigneur.* De quo ipſo titulo vide *Ioſephi Bimardi Diſſertationem Primam*, c. IV. p. 16. ſeq. apud *Murator. Nov. Theſ. Inſcript.* Tom. I. (7.) Eius *Valbonnaeſii*, *Joannis Buherii*, & *Ioſephi Bimardi* Epiſtolae Amoebeae, francica dialecto ſcriptae, de *Inſcriptione Lugdunenſi Imperatoris Albini Auguſti* leguntur itidem apud *Murator.* l. l. p. 135.=172. *Collectanea* quoque *ab illuſtriſſ. Praeſide Valbonnaeſio ſumma diligentia confecta* laudat *Ioſeph. Bimardus* in Epiſtola ad *Scipionem Maffeium*, ibidem apud *Muratorium* T. I. *Inſcript.* obvia, p. 114.

Nat. 1651.=Θ. 1730.

vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1664. 1665. addatur *Hiſtoire ſvivie de l'Academie des Inſcriptions*, T. II. p. 258=273. ed. *Amſtel.*

1711. *Petrus Fridericus* ARPIVS, Kilonia-Holſatus, ICtus, Philologus, Bibliographus, & Philoſophus Academiae patriae, hoc anno *Brevem delineationem Muſei Scriptorum de divinatione* confecit, ſine mentione loci, 8. vulgatam, mox *Apologiam pro Julio Caeſa-*

SAEC. XVIII.	AER. CHR	PARS SEXTA.
Principibus. — *Carolo* IV. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.		*re Vanino, Neapolitano, Cosmopoli,* est *Roterodami,* (eo enim tempore in vis peregrinabatur,) 1712. 8 archi tus est. Postea pro mirifico suo sc di & opinionum genere, vel *Theatrum sive Notitiam Scriptorum de Providentia tuna, & Fato, Roterodami,* 1716. & ruit, vel *de Prodigiosis naturae & arti ribus, Talismanes & amuleta dictis,* a *censione Scriptorum huius argumenti L singularem, Hamburgi,* 1717. 8. con navit. vel *Ferias Aestivales,* sive *Scrip suorum Historiam Libro* & stilo *prorsu gulari* persecutus est, *Hamburgi,* 172 & tandem *Themidem Cimbricam, s Cimbrorum & vicinarum gentium anti mis institutis Commentarium* ingenio stu tudit, *Hamburgi,* 1737. 4. min. Nat. 1682. = Θ. vid. *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. V 328. 329. — *Io. Laur. Mosheimius Christoph. Wolfius,* & *La Crosius* in n eorum literis. p. 273. = 275. 276. Tomi I. p. 106. 107. 145. 210. Tomi II. et p. 205. 206. 208. Tom *Thesauri Epistolici Lacroziani.* — *Sc Heumannum* p. 135. — *Catal. Bibl. B* Tom. I. Vol. II. p. 1044.
1711.		*Justus Henningius* BOEHMERVS, veranus, Iuris Antecessor, & Phil Academiae Halensis, inprimis iuri sacri, quod vulgus Canonicum vel siasticum vocat, praestantissimus inte hoc demum anno propter *Dissertatio ris Ecclesiastici antiqui ad Plinium Secun*

Digitized by Google

Tertullianum, &c. *Lipſiae*, 1711. 8. editas, & Halae 1729. 8. recuſas, mihi potiſſimum nominandus eſſe videbatur, quamquam me non latet, haud vulgaria iam ab A. 1701. doctrinae ſuae argumenta dediſſe, velut *Programma de Philoſophia ICtorum Stoica*, *Halae* 1701. & *Gottl. Slevogtii Opusculis de Sectis & Philoſophia ICtorum*, Jenae 1724. 8. p. 181. inſertum, praeterea *Diſſertationem, de eo, quod iuſtum eſt circa luctum publicum*, *Halae Magdeb.* 1705. 4. item *Diſſertationem de neceſſitate & vtilitate Hiſtoriae Eccleſiaſticae in Iuris Eccleſiaſtici prudentia*, in *Petri de Marca Diſſertationibus de Concordia ſacerdotii & imperii*, *Francof.* 1708. fol. obviam. Neque tamen, concinnato ab aliis ſcriptorum eius indice, quisquam a me poſtulet, omnia vt hoc loco commemorem. Reliquis ſaltem antecellunt haec: *Ius Eccleſiaſticum Proteſtantium*, *Halae* 1734. & plenius, 1720.=1735. 4. quinque codicibus. *Juſtiniani Inſtitutiones*, quas *recenſuit ex Codice MScpto optimae notae, emendavit, annotationibus illuſtravit, atque Theophili Paraphraſin* latine *adiunxit*, *Halae Magdeburgicae*, 1728. 4. *Diſſertatio de veſtigiis & vſu Antiquitatum Dacicarum in Iure Romano*, *Halae*, 1731. 4. *Inſtitutiones Iuris Canonici tum Eccleſiaſtici, tum pontificii*, *Halae* 1738. 8. item Adnotationes ad *Barn Briſſonium* de *Verborum ſignificationibus*, *Halae Magdeb.* 1743. fol.

Nat. 1674 =Θ. 1719.

Icon ante *Exercitationes* eius ab eius filio *Georg. Ludovico Boehmero* editas.

vid. *Fabricii Hiſt. Bibl.* Part. IV. p. 161.=

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus. — *Carolo* VI. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.		163. — *Stolle* ad *Heumannum*, p. 4 *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. 1093. & Vol. III. p. 2155. — *E Justi Henningii Boehmeri in Nov. Act.* 1750. *Junii* Parte II. p. 376.=384.
	1711.	*Petrus Adolphus* BOYSENus, Theolo theranus, & Philologus Halberstad hoc anno *Commentarium de viris en qui sero ad literas admissi magnos in fecerunt progressus*, *Witebergae* 4. neque ceterae eius disputationes laude carent, veluti *Dissertatio de A falso suspectis*, iam superiori anno v & *Witebergae* recusa typis, 1717. 4. *ria Michaëlis Serveti Dissertatione en Witebergae* 1712. 4. *Eclogae Archae ad difficile Pauli iter*, Act. XXVI. 9. 1713. 4. *Philosophumena Synesii Cyre Halae Magdeburg.* 1714. 4. *Dissert Apostasiae merito & falso suspectis*, *Magdeburgicae*, 1714. 4. *Dissertatio h & Critica* ad *Actorum* XIX. *de As Halae Saxonum*, 1716. 4. *Comment Legione Fulminatrice M. Aurelii A Imperat. Halberstadii*, 1719. 4. Nat. 1690.—Θ. 1743. vid. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 565. 566. *Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p.
	1711.	*Davides* CZWITTINGERVS, nobili garus, & Bibliographus, hoc anno *men Hungariae Literatae, virorum e ne clarorum .... vitas, scripta, & censuras ordine Alphabetico exhibe* mulgavit *Francofurti*, & *Lipsiae*. 4

Digitized by Google

vid. *Io. Fabricii Hiſtor. Bibl.* Part. V. p. 397. — *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 596. 597.

1711. *Johannes Ludovicus Levinus* GEBHARDIus, Hiſtoricus, & Genealogicus Scriptor Academiae equeſtris Luneburgenſis, eo anno *Genealogicas Tabulas*, *Luneburgi*, fol. concinnaſſe dicitur. quae an eadem ſint atque *Der Europäiſchen Kayſer-und Königlichen Häuſer Hiſtoriſche und Genealogiſche Erläuterung von ihren erſten Urſprung an bis auf unſere zeiten vormahls von Georg. Lohmeier entworfen, numehro aber vollſtändig ausgeführt, und mit nöthigen Beweisſthümern verſehen. II. Theile*, *Luneburg*, 1730. 1731. fol. non habeo dicere. Id ſcio eumdem Gebhardium *Diſſertatione de re literaria Coenobii S. Michaëlis in vrbe Luneburga* praeluſiſſe ſolennibus Saecularibus Academiae equeſtris illius vrbis, *Luneburgi*, 1755. 4. eodemque adhuc anno ſuperſtitem fuiſſe.

1711. *Michaël Henricus* GRIBNERVS (vulgo: *Griebner*,) ICtus, & Hiſtoricus Lipſienſis, iuris Germanorum publici haud contemnendus auctor, cuius haec potiſſimum ſunt ſcripta: Diſſertatio *de Iuribus Vicariorum imperii*, *Witebergae*, 1711. 4. *De Palatinatu Thuringiae*, Witeberg. 1712. 4. *De Sigillo Maieſtatis Saxonico*, ibid. 1712. 4. *De iure ſuffragandi principum imperii vſu intermiſſo, non pereunte*, ibid. 1716. 4. *Obſervationes de Sigillo Maieſtatis Saxonico*, ibidem, 1718. 4. *Opuscula Selecta iuris publici & privati*, *Halae Magdeburg.* 1722. 4.

Digitized by Google

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus.		Nat. 1682.—Θ. 1734.
		Eius imago in numo *Muſei Mazzuche* Tom. II. Tab. CLXXII. No. III. ad p inprimis ante *Bibliothecam Gribneri Lipſiae* 1734. 8.
		vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. 1284.
Carolo VI. *Joſephi* Fratre 1711. = 1740.	1711.	*Jacobus Hieronymus* LOCHNERVS, miscendus cum *Johanne Hieronymo nero*, Norimbergenſi. Hic enim *W rienſis*, & Hiſtoricus ſcholae Bren fuit, qui hoc anno *Singularia qua Mecklenburgica* propoſuit, *Roſtocb* Lectu iucundus eſt triplex eius *Obſer num Anglicarum Delectus*, *Bremae*, 1715. & 1717. 4.
		Nat. 1683.=Θ. 1740.
		vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. 1398.
	1711.	*Henricus* MASCAMPIUS, Rhetor, & ricus Academiae Duisburgenſis, H nii ſucceſſor, *Epitomen* quidem *Hiſt civilis* iam *Veſaliae*, 1708. 8. emiſit, bonae frugis tamen *Inſtitutionibus hiſtor* ſ. *Hiſtoria Civili, eccleſiaſtica*, & *liturg* Amſtelaedami, 1711. 4. edita, maio ſibi laudem peperit, vti etiam *Tabulis Chronologicis*, quae Petavianis, & Peri anis pleniores ordinatioresque eſſe ce tur, eandem ſibi confirmavit, *Duisb* 1713. item *Amſtelaed.* & *Lipſiae*, 1717
		vid. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 752.
	1711.	*Chriſtianus Benedictus* MICHAëLIS, J

Digitized by Google

nis Davidis pater, (arg. praefat. ad *Grammaticam Syriacam*, 1754. editam,) Theologus, & Philologus orientalis Academiae Halenſis, vti iam A. 1707. *Diſſertationem philologicam ex antiquitate Judaica de nominibus Chriſti, divinam ipſius naturam deſignantibus, Halae* 4 elaborauit, ſic hoc anno, quaſi Supplementum illius Diſſertationis, aliam *de Nominibus Chriſti exinanitionem ipſius deſignantibus*, ibidem, 1711. 4. vulgauit, neque poſtea ceſſavit literis Ebraicis Syriacisve, aut divinis veteris & Novi Teſtamenti Scriptoribus lucem affundere. Cuius laudabilis eius ſtudii teſtes ſunt hi, quos equidem novi, libri, & disputationes: *Diſſertatio de Jeremia & Vaticinio eius, Halae Magdeburgicae*, 1712. 4. *Diſſertatio de Poenis capitalibus in S. Scriptura commemoratis, inprimis Hebraeorum, Halae*, 1730. 4. iterumque auctius, ibid. 1749. 4. recognita, *Catalogus Bibliothecae Gundlingianae, Halae* 1731. 8. *Diſſertatio de vaticinio Amoſi Prophetae*, ibidem, 1736. 4. *Grammatica Lingvae Syriacae*, ibid. 1741. 4. *Diſſertatio de primaeva Lingvae Hebraicae antiquitate*, ibidem, 1747. 4. *Tractatio Critica de variis lectionibus Novi Teſtamenti caute colligendis & diiudicandis*, ibidem 1749. 4. *Diſſertatio, qua lumina Syriaca pro illuſtrando hebraismo ſacro exhibentur*. ibidem 1756. 4.—Θ. vid. *Stolle* ad *Heumannum*. p. 763.

1711. *Johannes Daniel* SCHOEPFLINVS, Sultzburgo Durlacenſis, Rhetor, Hiſtoricus, & Archaeologus Academiae Argentoratenſis, hoc iam anno inclarescere coepit, edita

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus. — — *Carolo* VI. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.		edita *Dissertatione, qua antiquus lapis gestinus declaratur additis XIV. ex Hi veteri quaestionibus, Basileae.* 4. cuiu cerpta extant in *Commentationibus Hi cis & Criticis, Basileae*, 1741. 4 p. =464. Quibus porro disputationi Orationibus, libris, Obfervationibu nis generis literas ornaverit, poft curatam *Frid. Dom. Ringii*, qui vivu fuperftitem adhuc *Schoepflinum* laudan narrationem exponere non eft opus. ca faltem vel Ephemeridum, vel C mentariorum Academiae Parifienfis hi dicare lubet. Sic *Commentationes* eiu *ftoricas & criticas* in compendium mife Auctores *Nov. Act. Lipfienf.* 1742 m Septembri, Part. I. & II. p. 485. & Disputationes eius *Hiftoriae* & *Comment Academiae bonarum artium Parifienfi* infer huiusmodi funt: (1.) *Differtation fu Monument de la huitieme Legion d'Au* A. 1731. (*Memor.* Tom. XV. p. 15 168. ed. Amftel. vel Tom. X. p. 457 Parif.) (2.) *Sur un Fragment de Tite L* & *Reflexions fur le nouveau Fragment a bué a Tite-Live*, mutua quadam & ho ta *Schoepflini* & *Souchaei* disceptatione 1732. in *Hiftor. Ac. Reg.* Tom. V. p =133. ed. *Amftel.* Id vero Fragmen non in Codice Coenobii *Salernitani* a *thaeo Rockio*, vt vitiofe legitur apud *Ring* p. LXXXVI. & *Harlefium*, loco mox dando p. 110. repertum eft, fed in naſterio *Salemitano* a *Matthaeo Klockio* quo fupra Part. IV. p. 9. & de ipfo

mento videatur solertissimus *Drackenborchius* noster in Praefatione ad *Livium*, Tom. VII. p. LXXVIII=LXXXII. (3.) *Remarques sur le nom d'Argentoratum*, A. 1731. (*Histor. Ac.* Tom. V. p. 202.=209.) quae observationes in Indice *Ringiano* omissae sunt. (4.) *Dissertation sur un Monument des Tribocs*, in *Commentariis Ac. Reg. Inscript.* Tom. XV. p. 456.=467. ed. *Paris.* (5.) *Sur l'Inscription de Brumt*, (Brocomagus) *communiquée à l'Academie par Mr. Schoepflin*, in *Histor.* Tom. XVIII. p. 235.=241. ed. *Paris.* (6.) *Sur la Decouverte faite à Noettingen en* 1748. *d'une Colonne itineraire, où la distance est marquée par le mot Leugae* par Mr. *Schoepflin*, & *Freret*, in *Histor. Acad.* Tom. XXI. p. 65.=72. neutrius quoque harum novissimarum meminit Index *Ringianus*. Quod spectat ad *Alsatiam illustratam Celticam*, *Romanam*, *Francicam*, Tom. I. *Colmariae*, 1715. fol. & *Alsatiam illustratam Germanicam*, *Gallicam*, Tom. II. *Colmariae*, 1761. fol. vid. *Acta Eruditorum* 1758. *Mart.* P. I. p. 97. & 1762. Jan. p. 1.=24 & *April.* p. 177.=181. it. *Relationes de Libris Novis*, Vol. I. Fasc. I. n. XI. p. 244.=264. *Fasc.* II. n. VI. p. 386.=408 & *Fasc.* IV. n. I. p. 291.=322. Varias quoque eius Dissertationes, de monumentorum veterum titulis in Actis Academiae Theodoro-Palatinis prolatas, laudant *Nova Acta Erud.* 1722. *Novembr.* p. 523. & 1773. *Januar.* p. 1. 2. Sub finem eius vitae prodierunt cum *Opera oratoria*, *Panegyrici*, *Orationes*, *Alloquia*, *Programmata*

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus. Carolo VI. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.		*Inscriptiones, alia,* quae omnia in dices, sive vt in titulo scribitur *Volu us & posterius* congessit, *vitamqu ris*, antea sigillatim *Carlsrubae*, 176 tam, *adiecit Fridericus Dominicus Augustae Vindelicorum*, 1769. 4. *seum Schoepflini*, quod recensuit *Jacob. Oberlinus, Argentorati*, 1770. 4. v. *Klotzii Acta Liter.* Vol. VI. III. p. 33.=38. Nat. 1694.=Θ. 1771. d. VII. A vid. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 838. *Bibl. Bunav* Tom. I. Vol. II. p. 1 *Georg. Christ. Hambergeri Germani* Sect. II. p. 397. f. Sect. IV. sive mentum II. p. 822. primae editi 1768. — *Eloge de Mr. Schoepflin*, *ria Acad. Reg. Paris.* Tom. XXX 257.=268. ed. Paris. — *Ringii* vitam *flinianam* partim excerpendo, partim do repetiit diligentissimus *Theoph. Harlesius*, in *vitis Philologorum*, Vo p. 75=116. — *Frid. Christi. K* C. vitam *Schoepflini* francice & scripsisse auctor est I. *I. Biörnstäh neris*, Part. V. p. 80. monumen sepulcralis titulum refert, p. 33. tavae.
	1711.	*Johannes Hermannus* SCHMINCKI storicus, & Philologus Academi burgensis, hoc anno nostra in v literarum sacris, praeeunte *P. B* operatus esse videtur, *Eginbardum gestis Caroli Magni*, virorum doctor

Digitized by Google

animadverſionibus illuſtravit. 4. tum quam Philologi & Hiſtorici perſonam ſusceperat, eandem non ſine laude ſuſtinuit, evulgando ſcilicet *Diſſertationem de vrnis ſepulcralibus & armis lapideis*, *Marburgi*, 1714. 4. aliam *de origine & fatis Academiae Marpurgenſis*, Marpurgi, 1717. 4. *Syntagma Criticum variorum auctorum*, *Marburgi Cattorum*, 1717. 4. *Melchioris Goldaſti Commentarios de regni Bohemiae iuribus, nec non de hereditaria ſucceſſione regiae familiae*, *Francofurti*, 1719. fol. & tandem *Petri de Pretio Adhortationem ad Henricum illuſtrem* ad editionem praeparando, cuius tamen editionis voluptate caruit, ad filium quippe eius *Fridericum Chriſtophorum* tranſeunte, *Lugduni Batavorum*, 1745. 4. Apud animum quoque conſtituerat, novam Syllogen Epiſtolarum de rebus *Friderici* II. *Henrici*, & *Conradi*, regis Romanorum, *Entii* Regis Sardiniae filiorum, nepotis *Conradini*, & Pontificum illius aetatis condere. quam itidem velim ſcriniis paternis exire iubeat dignus patre filius.

vid. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 835.

111. *Johannes Carolus* SCHOTTVS, Heidelbergenſis, regi Boruſſiae a bibliotheca, & Archaeologus Berolinenſis cuius praeclari nominis ſuperior quidem iam annus index eſſe potuiſſet propter Diſquiſitionem *de Nummo Phidonis argenteo in regia Brandenburgenſi aſſervato*, in *Miscellaneis Berolinenſibus*, Tom. I. Part. I. n. V. p. 32. editam, vel ſic tamen hic in margine notatus illu-

SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEXTA.

Principibus.

Carolo VI. Josephi Fratre 1711. — 1740.

illustriorem ei famam peperit, cum nu
Octaviani Caesaris aliter, atque G
dus, in singulari Epistola, ad *Leib*
data, interpretaretur: *Explication d'u*
daille enigmatique d' Auguste sur laquel
biles Antiquaires ont diversement pr
Berlin, 1711. 4. (v. *Act. Erud. Lips*
p. 327. *Journal des Savans*, 1712. A
535. ed. *Amstel. Bibliotheque Anci*
Moderne, Tom. III. P. I. p. 212. qu
posthaec inserta est *Historiae Critic*
publicae literariae, Tom. V. p.
Eam quidem *Schotti* opinionem no
tum A. 1712. *Antonius Gallandus*, (*Ex*
on d'une Médaille d' Auguste en arge
pée par les soins de L. Caninius Gall
de Triumvirs Monetaires sous le regn
Empereur, defendue contre l'Explica
Mst. Schott. v. *Histoire Critique d*
publique des lettres, Tom. VII. p. 1
alius quamquam incertus auctor o
tionum A. 1715. sub examen vocavi
marques Historiques & Critiques touc
Ducenaires, que Mr. Schott a prétend
ver sur une Médaille d' Auguste, in ead
storia Critica, Tom. IX. p. 2
alii quamquam non plane damnand
iudicarunt. Interim marmor illu
quum consecrationis, vt volunt, Ho
simulacro insigne, novo rursus mo
pollinem transtulit, in *Explication*
de l' Apotheose d' Homere, represente
marbre ancien &c. *Amsterdam* 171
Act. Erud. Lips. 1715. Febr. p. 60.
tes de Trevoux, 1715. mens. Mart.
p. 410. & *Bibliotheque ancienne &*

AER. CHR. | PARS SEXTA.

Tom. III. P. I. p. 215.) quae deinceps latine reddita a *Petro Facciolato*, ſub titulo: *Homericae Apotheoſis in antiquo lapide deſignatae nova Explanatio*, in *Io. Poleni Supplemento Theſauri Antiqv. Graec. & Rom.* Tom. II. p. 293. locum invenit ſuper qua Explicatione Marmoris Homerici videantur, quae obſervauit *Prosper Marchand*, Tomo I. Lexici Hiſtorici, voce *Archelaus*. p. 64. =66. Paulo ante obitum gemmae etiam cuiusdam veteris myſtagogus extitit, in *Erklährung eines alten Steins des Königlichen Medaillen Cabinets zu Berlin, worauf die Haupt-Tugenden eines Löblichen Landes Herrn . . . ſinnreich vorgeſtelt werden. Berlin*, 1717. 4. v. *Act. Erudit. Lipſ.* 1717. menſ. *Octobr.* p. 471. *Miscellaneorum Berolinenſium* Continuatio II. Pars III. in primis *Hiſtoria Critica reipublicae literariae*, Tom. XV. p. 179.=191. Ceterum parauerat *Suetonium* vberioribus, quam Patini induſtria factum erat, numis & monumentis illuſtrandum, vti etiam librum de numis ſpuriae antiquitatis, quos vulgo *Paduanos* vocamus, conſcribendum, de quo conſilio vid. *Journal* des *Savans* 1714. *Menſ. Febr.* p. 226. *Fabricius Bibl. Latin.* L. II. c. 24. p. 791. Tom. II. & ad *Bandurii* Bibl. Num. p. 92. (u.) & 208. 209. (p.) it. *Theſaur. Lacroſianus*, T. I. p. 247. & *Cuperi Literae Criticae* p. 191.

Nat. 1672.=Θ. 1717.

vid. *A. Banduri Bibliotheca Nummaria*, n. CLXXXV. p. 208. 209. — *Stolle* ad *Heumannum*, p. 509. — *Cuperi* Epiſtolae Criticae

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus.		ticae, p. 159. f. 169. 170. 176. 323.
Carolo VI. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.	1711.	*Johannes Henricus a* SEELEN, Asseladensis, Historicus, & Philologus Gymnasii Lubecensis, hoc anno *Stadam literatum doctorum virorum Stadae* 1711. *viuentium vitas, honores, atque opera exhibentem* scripsit, *Stadae*, 1711. 4. deinde historiam πολύγραφος multas & varias in vulgus edidit disputationes, vel sigillatim, vel in volumen, seu in *Athenis Lubecensibus*, *Lubecae* 1719 = 1722. 8. quatuor Partibus, seu in *Bibliotheca Lubecensi*, ibidem 1725 = 1727. duodecim partibus, seu in *Selectis Literariis*, *Lubecae* 1726 8. *Selectis Numariis Rostochii*, 1726. 8. & *Lubecae*, 1735. 8. *Selectis localiis Epistolicis*, *Lubecae*, 1728. 8. *Meditationibus Exegeticis*, *Lubecae* 1732. *Miscellaneis*, *Lubecae*, 1734. & 1736. duobus codicibus, *Eclogario*, *Lubecae*, 1738. 8. aliisue id genus *Opusculis* repositas & servatas. Nat. 1688. = ϑ. vid. *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. V. p. 468. — *Catal. Bibl. Bunau.* Tom. I. P. II. p. 1600.
	1711.	*Johannes Henricus* STVSSIus, Gronatingensis, Historicus, & Philologus Gymnasii Ilefeldensis, Nordhusani, & Gothani, hoc anno *De eloquio Martini Lutheri*, *Helmstadii* 4. dissertavit. Labentibus annis ad diversarum scholarum inprimis Gothanae gubernacula

Digitized by Google

catus tot Programmatibus, vt mos eſt dicendi & ſcribendi, rerum & temporum ſuorum cauſis praeluſit, vt horum omnium numerum inire hic locus vix patiatur. Praeter Syllogen orationum haud dubie theotiscarum *Sammlung auſerleſener Reden als Kern-Proben der Beredſamkeit*, *Nordhuſae* 1727. 8. editam, hae mihi viſae ſunt ceteris, ſaltem intuitu titulorum, praeſtantiores eius, vti ſubinde vocantur, Commentationes, veluti: *de Scholis liberalium artium in Coenobiis, vt inſtitutae, collapſae & reſtitutae ſint, Ileſeldiae*, 1724. 4. *de primis Coenobiorum Scholis & celebrioribus nonnullis liberalium artium officinis, &c. Nordhuſae*, 1728. 4. *Lucis Euangelicae a primo ortu ad annum vsque* 1730. *divinitus propagatae brevis hiſtoria, Gothae*, 1730. 4. *de coniungendo eruditionis antiqvae & novae ſtudio, Gothae*, 1730. 4. *De Lutbero, Philoſopho eclectico*, ib. 1730. 4. *De Jo. Staupitii meritis in religionem Euangelicam*, ibid. 1732. 4. *Obſervationes ſelectae de Eccleſiae Graecae ſub imperio Turcico ſtatu hodierno*, ibidem 1733. 4. *De parallelismo hiſtorico*, ibid. 1734. 4. *de omine in nomine, de impoſitione nominum, mutatione nominum ſacra, & politica*, ibid. 1735. 4. *De natalitiis Imperatorum Romanorum*, ibid. 1738. 4. *De natalitiis Deorum ac Templorum apud veteres Romanos*, ibid. 1739 4. *De natalitiis Deorum & templorum apud Chriſtianos, ibid.* eod. A. *De Imperatorum Romanorum Qvinqvennalibus, Decennalibus*, ibid. 1739. 4. *de Natalitiis Artium, ſpeciatim artis typographicae*, ib. 1740. *De natali mundi*, ibid. 1741. 4. &c.

Nat-

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus. Carolo IV. Josephi Fratre 1711.		Nat. 1686. = grandis natu Θ. 1775 vid. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 861. — *bergers Gelehrte Teutschland*, Sect. 459. ed. primae. — *Nachrichten von dem jährigen Rector der Hertzoglichen Lan zu Gotha Hr. Joh. Heinr. Stuff, von Christ. Stuff. Göttingen*, 1776. 8. (v *Philologische Bibliothek.* Tom. I. Part. XXI. p. 352. 353.
140.	1711.	*Beniaminus* HEDERICVS, (vulgo: *rich*,) Philologus & Lexicographus lae Grossenhaynensis Misniae Saxon hoc anno *Empedoclis Sphaeram graec versione latina Q. Septimii Florentis*, demque & suis *Notis* illustravit, *Dre* 4. tum *Notitiam Auctorum Antiquam* diam, *Vitebergae* 1714. 8. dedit, inutilem postea condendis varii generi xicis operam navavit, tamquam L Scholastico, (*Reales Schul Lexicon*) *siae*, 1717. 8. *Lexico Manuali Graeco siae*, 1722. 8. non semel postea typis so, cum versione latina *Guil. Young*, *dini*, 1755. 4. & post *Sam. Patricii*, lae Carthusianae apud Londinenses didascali, curas, multis modis locuple diligentia *Io. Aug. Ernesti*, *Lipsiae*, 8. mai. Item Lexico Mythologico, (G liches Lexicon Mythologicum) *Li* 1724e 8. Lexico Archaeologico (G *liches Antiquitaeten Lexicon*) *Leipsig*, 8. mai. Nat. 1675. = Θ. 1748 vid. *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 675. — *Io. Aug. Ernesti* in Praefat. ad *L Manuale*, vocat *virum bonum & labor*

Digitized by Google

ſed negat *graece doctum*, *& ad tale Lexicon rite conficiendum ſatis a lectione Scriptorum graecorum inſtructum fuiſſe.*

1711. *Guilielmus* MVSGRAVE, Medicus, Societatis regiae Londinenſis ſocius, Philologus & Archaeologus, cui non modo *Iulii Vitalis Epitaphium cum notis Criticis explicationeque Henr. Dodwelli* & ipſius *Commentario*, *Iſcae Dunmoniorum*. 8. in compendium miſſum ab Auctoribus *Actorum Lipſienſium* 1713. p. 397. *Ephemeridum Pariſienſium*, (*Journal des Savans* 1712. *Jul.* p 82. & *Aug.* p. 123. ed. *Amſtel.* item *Transactionum Philoſophicarum*, Vol. XXVIII. No. 337. (XXXIX.) p. 283.=292. ſed etiam *Getam Britannicum*, hoc eſt, *Antoninum Getum*, *Spartiani*, ſive *Capitolini* verbis, lapidum titulis, & numis illuſtratum, cum *Domus Severianae Synopſi Chronologica*, & Diſſertatione de Jcuncula qvondam *M. Regis Aelfredi*, *Iſcae Dunmoniorum*, 1714 1715. 8. debemus. de quo libro videantur Auctores *Actorum Lipſienſium*, 1717. *Januar.* p. 22. ſeq. & *Transactionum Philoſophicarum* Vol. XXIX. No. 346. p. 385. (VI.) Sic eius rerum antiquarum peritiae illuſtria haec ſunt argumenta: *De Legionibus Epiſtola ad virum Clariſſimum doctiſſ. Hans Sloane*, *data a Guil. Musgrave*, in *Transactionibus Philoſophicis*, Vol. XXVIII. No. 337. p. 80. (VII.) tum *De Aqvilis Romanis excerpta ex Epiſtola* eiusdem *ad virum Clariſſim. Gisbertum Cuperum*, *Conſulem Daventrienſem*, in eodem *Volumine* XXVIII. & No. 337. p. 145. (XI.) porro: *Inſcriptio*

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus. Carolo IV. Josephi Fratre 1711. = 140.		*Tarraconenſis: cum commentario Guil. grave*, ibidem. p. 157. (XV.) de *Diſſertatio de Dea Salute, in qua illius bola, Templa, Statuae, Numi, Inſcr nes exhibentur, illuſtantur, auctore Guil Musgrave G. F. e Coll. Exon. Oxonii Leon. Lichfield impenſis Philip. Yeo B Exon. Anno* MDCCXVI. 4. cuius epitomen retulerant Auctores *Act Lipſienſium, Supplem.* Tom. VII. Sec p. 34. & *Transaction. Philoſoph.* Vol. XI Num 349. p. 502.=509. (IX.) Tan praeclara Sylloge *Antiquitatum Britan Belgicarum*, quatuor codicibus abſoluta ius talis eſt ratio. *Tomus* quippe pr continet *Belgium Britannicum, in quo Limites, Fluvii, Vrbes, Viae militares pulus, Lingva, Dii, Monumenta*, al *permulta clarius & vberius exponuntur, tore Guil. Musgrave, Belga, Reg Soci vtriusque Socio. Praefixa eſt diſſertati Britannia quondam paene Inſula*, (iam i in Transact. Philoſoph. Vol. XXX. N 352. p. 589. (II.) edita) *Iscae Dunn rum* 1719. 8. *Tomus alter, Getam* eius *tannicum* in vſum hominum reducit. *mus tertius* eodem hoc vinculo ſecum tit *Iulii Vitalis Epitaphium*, & *Tomus tus* ſive vt inſcribitur: *Antiquitatum tannico-Belgicarum Volumen quartum, ante editis eſt Appendix, Iscae Dunmoni* 1720. 8. v. *Act. Erudit.* 1720. *Apr* 165.
1711.		*Johannes Cornelius de* PAVW, ſive P Rheno-Traiectinus, aedis D. Joh

Digitized by Google

ER. HR. | PARS SEXTA.

Canonicus, quem vocant, Philologus graecus, hoc anno *Philargyrii Cantabrigienſis* perſonam induens *Johannem Clericum* adverſus *Phileleutheri Lipſienſis*, h. e. *Richardi Bentleii, Emendationes in Menandri & Philemonis reliquias*, defendere conatus eſt, *Amſtelodami.* 8. Eum vero ſub iſto *Philargyrii* nomine latuiſſe non modo ipſe ad *Philen, de Animalibus*, n. 63. περὶ τῆς τῶ ἱππoκάμπε γαστρὸς prodidit, *olim*, inqviens, *de iſtis aliter ſentiebam*, & in *Praefatione* paſſim ad *Phrynichum*, ſed etiam *Dan. Wilh. Trillerus* in *Poëmatbus Ethico-Phyſicis* theotiſce ſcriptis, Part. III. p. 145. in primis *Jac. Phil. Dorvilius* in *Vanno Critica*, p. 223. docuit. Succedentibus annis praeter *Diatriben de Alea veterum ad Epigramma Agathiae Scholaſtici, Traiecti ad Rhenum*, 1726. 8. vulgatam, in non pauca Graecorum & poëtarum & Grammaticorum monumenta, veluti *Hephaeſtionis Enchiridion, de metris & poëmate, Traiecti ad Rh.* 1727. 4. *Horapollinis Hieroglyphica*, ibidem, eodem A. 4. *Philen de Animalium proprietate*, ibidem 1730. 4. *Anacreontis Carmina*, ibidem, 1732. 8. *Q. Calabri Praetermiſſa Homeri*, *Lugd. Batav.* 1734. 8. *Theophraſti Characteres Ethicos*, *Trai. Rh.* 1737. 8. *Ariſtaeneti Epiſtolas*, ibidem 1737. 8. *Phrynichi Eclogas nominum & verborum Atticorum*, ibidem 1739. 4. *Aeſchyli Tragoedias*, *Hagae Comitum* 1745. duobus codicibus, 4. falcem ſuam Criticam ſic immiſit, vt maiorem fortaſſis apud literarum graecarum ſtudioſos eiusmodi librorum renovatione, quam

SAEC. XVII. | AER. CHR. | PARS SEXTA.

Principibus. — *Carolo* VI. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.

ſuis animadverſionibus gratiam iniret. V
menter certe vapulavit *Iac. Phil. Doro*
Critica Vanno, Amſtelaed. 1737. 8. edita.
finem tamen vitae ſuae adhuc *Notas in*
dari Olympia, Pythia, Nemea, Iſthmia,
Rh. 1747. 8. evulgavit, *alias ſimiles in*
vt ait, *auctores priscos* daturus, ſi
vixiſſet.

Θ. 1749.

vid. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 792. — *Heſſelius* in Praefatione ad *Gudii Inſcr*
nes ſic de eo, p. 16. *acceſſerint primo*
de diis dedicatis Io. Cornelii Pauwii, im
docti atque eruditi apud Sanctum Io
Baptiſtam Traiectenſem Canonici, Con
nea. tum in Praef. *Appendice*, Ste
Super his, inquit, *Inſcriptionibus G*
latinisque notavit non pauca Dukerus,
Pauwius, & Stell. 16. *Adnotationes Io*
Cornelii de Pauw, in aliquot monumen
tiqva, qvae ſunt in Gudii collectione.
ſubiicienda ſub prelum curabo. — *Dan.*
Trillerus loco ſupra laudato. — *Bur*
minori in Praefatione ad *Ariſtophanem*
glerianum, p. 5. ſ. dicitur *Pavonides*
misque acerbe reprehenditur. Long
deratius *P. Weſſelingius* in Praefatio
Herodotum ** 4. eum vocat *virum*
doctiſſimum, ſed ſui ſemper arbitrii.

1711. *Campegius* VITRINGA, ſuperioris *Cam*
(de quo Part. V. 313. & Anal. 636
lius, Franequeranus, Theologus, &
logus illius Academiae, hoc anno
putatione ſingulari demonſtravit *Cam*

Digitized by Google

ſecundarum progreſſum in infinitum ſeſe extendere non poſſe, *Franequerae*. 4. reliquorum eius cenſum agere ſcriptorum ſusceptus ante *Vriemoetii* labor vetat.

Nat. 1693.=Θ. 1723.

vid. *Tib. Hemſterhuſii Oratio in memoriam Campegii Vitringa F. Franequerae*, 1723. fol. edita, typisque recuſa cum in limine *Campegii Vitringa Filii Diſſertationum Sacrarum* ab *Herm. Venema* curatarum, *Franequerae*, 1731.4 tum in *Hemſterhuſii Orationibus* a *Valckenario* digeſtis, L. B. 1784. p. 121. =156. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1680. — *Elogium* in *Emon. Lucii Vriemoet Athenis Friſiacis*, num. C. p. 772. =775.

1712. *Antonius Maria* BISCIONIVS, Florentinus, Baſilicae S. Laurentii Presbyter, Theologus, Rhetor etruscus, & Bibliographus, hoc anno edidit *Diſcorſi Accademici di Anton Maria Salvini, in Firenze.* 4. tum: *Proſe di Dante Alighieri e di Giov. Boccaccio.* ibidem 1713. & 1728. 4. inprimis memoratu dignus eſt *Bibliothecae Mediceo-Laurentianae Catalogus ab Antonio Maria Biscionio S. Theol. Doctore, Baſilicae S. Laurentii Canonico, ac eiusdem Bibliothecae regio praefecto . . . digeſtus atque editus. Tomus I Codices orientales complectens, Florentiae*, 1752. fol.

Nat. 1674.=Θ. 1756.

vid. *Io. Maria Mazzuchelli Gli Scrittori d'Italia*, Vol. II. P. II. voc. (Antonio Maria) *Biscioni*, p. 1273.=1279.

1712. *Petrus Antonius* CORSIGNANVS, ortu Mar-

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus.		
Carolo VI. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.		ſus, Episcopus Venuſinus, ICtus, Philo & Archaeologus Romanus, hoc ann brum ſingularem *de Viris illuſtribus M rum*, emiſit, *cui etiam Sanctorum ac Vi bilium vitae, nec non Marſicanae Inſcrip acceſſerunt, Romae*, 4. (v. *Act Erudit.* 1717. menſe *Maio* p. 224. & *Götzii morabilia Bibliothecae Regiae Dresdenſis*, III. Coll. II. p. 104.) Non multo p *Aniene ac Viae Valeriae Fontibus Synop enarrationem* literis conſignavit, *Ro* 1718. 4. (v. *Act. Erud. Supplem.* Tom Sect. II. p. 514.) & tandem Etrusco mone omnem *Marſorum* regionem, Colonias, oppida vetera & recenti viros ſanctitate & eruditione claros, bus ſat craſſis codicibus deſcripſit. *R Marſicana ovvero Memorie Topografic riche di varie Colonie e Città antiche d derne della Provincia dei Marſi e di Vi* &c. in *Napoli*, 1738. 4. Nat. 1686. = ☉. vid. omnino *Parte II. della Reggia Marſ* L. V. p. 412.=456.
	1712.	*Alexander* HELLADIVS, gente Theſſ per Angliam, Bataviam, Germaniam faciens Grammaticus graeculus. hoc primis anno edidit σαχυολογίαν τεχνολ τῆς Ἑλλάδος Φονῆς, *ſive Spicilegium G matices graecae per qvaeſtiones & resp nes* cum praemiſſo *dialogo de Pronunc ne Linguae Graecae in Europa, Nori gae*, 1712. 8. (v. *Fabricii Bibl. Gr.* L. 7. p. 41. Vol. VII.) tum *Statum pr tem Eccleſiae Graecae, in qua etiam c*

Digitized by Google

exponuntur, cur Graeci moderni Novi Teſtamenti Editiones, in Graeco-barbara lingva factas, acceptare recuſent. addito *in fine ſtatu nonnullarum Controverſiarum* 1714. 8. vtriusque huius ſcripti auctorem iure meritoque caſtigauit *Io. Matthi. Gesnerus* in *Obſervatione de eruditione Graecorum, qui hodie vivunt, contra Alexandr. Helladium, nat. Graecum*, in *Miſcellaneis Lipſienſibus* primum editam, Tom. II. p. 397. ſeq. deinde in *Opusculis* eius *minoribus varii argumenti* repetitam, Tom. V. *Vratislaviae*, 1745. 8. p. 30.=71.

1712. *Johannes Vincentius* LVCCHESINIus, Lucenſis Patricius, Orator, Philologus & Hiſtoricus, hoc anno *Demoſthenis Orationes XII. de republica ad Populum notis criticis & hiſtoricis* illuſtratas Latio donavit, *Romae*, 4. praeterea Hiſtoriam *ſui temporis a Noviomagenſi pace A.* 1678. *ad A.* 1700. expoſuit *Romae*, 1725.=1740. 4. Tomis tribus.

Nat. 1660.=Θ. 1744.

vid. *Vitarum Italorum doctrina excellentium, qvi Saeculo XVIII. floruerunt Decas, III. auctore Angelo Fabronio, Romae*, 1770. 8. p. 265. =283.

1712. *Dominicus* PASSIONEVS, Foro-Sempronienenſis, purpuratus Pontificis amicus, Archiepiscopus Epheſinus, Hiſtoricus, & Philologus, hominum eruditorum Maecenas, ab eo potiſſimum tempore clarus, argumento Elogii mox laudandi, p. 334. quamquam ſexennio citius non ignotus fuiſſe videtur Batavis, teſte Dedicatione *Gellii Gronoviana*.

Com-

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus.		Commentarium *de admirando opere Ve*
		ni Auguſti in via Flaminia ad qvintum
		Sempronii lapidem Romam verſus,
		opus *de Antiquitatibus Foro Sempronii*
		molitum eſſe declarabunt *Epiſtolae a*
		Iacob. Breitingerum in *Tempe Helv*
		Tom. IV. Sect. IV. p. 707.=714.
Carolo VI. *Joſephi* Fratre		Nat. 1682 =Θ· 1760.
		vid, *Eloge de Mr. le Cardinal Paſſionei*,
1711. = 1740.		*ſtor. Acad. Reg. Inſcript.* Tom. XX
		331.=340. — *Io Gasp. Hagenbuch*
		Epiſtolis Epigraphicis, p. 29. & *Petr.*
		lingius in Praef. ad *Herodotum* ** 3. opi
		— Nonnulla de eo ſingularia habet G
		Heerkens, *Notabilium*, *Groningae*, 17
		editorum, Libro I. p. 50.=58.
	1712.	*Johannes* POLENVS, Marchio Ven
		Mathematicus, Phyſicus, nec vulgari
		logus Lycei Patavini, hoc anno
		gum de vorticibus coeleſtibus elaborauit
		tavii 4. Orationemque *de Phyſices in*
		Mathematicis vtilitate habuit ibidem
		1716. 4. repetitam poſtea a Io. Erh.
		pio, in *Clariſſimorum virorum* Orati
		ſelectis, Pert. I. p. 679 =704. Tum
		rarum & antiquitatis ſcientiam cum
		thematices ſubtilitate tantopere copu
		vt, vtram magis artem expoliverit,
		cias. Vti enim *Sext. Julii Frontini Com*
		tarium de Aqvaeductibus vrbis Romae
		qvae fidei reſtituit, additaque eius
		per Coſſ. deſcripta, explicuit, *Patavii*,
		4. mai ſic, iunctis *Jo. Montenarii*
		ris, Literas criticas de theatris & A
		theatris exaravit, (*Giov. Poleni e Giov.*

Digitized by Google

tenari Lettere due Critiche degli antichi Teatri ed Antifiteatri, *Vicenza*, 1735. 8. porro *Thesauri utriusque Antiquitatum Romanarum Graecarumque nova Supplementa*, *Venetiis*, 1737. fol. quinque codicibus, digessit, nec non *Exercitationes Vitruvianas Primas & Secundas*, *hoc est*, *Commentarium Criticum de M. Vitruvii editionibus*, . . . *atque de aliis*, *qui Vitruvium quocumque modo explicarunt*, *Patavii*, 1739. fol. min. adornavit, & tandem *Dissertationem de Templo Dianae Ephesiae* ad Collegas Academiae Etruscae Cortonensis misit, (*Dissertazione del Marchese Giovanni Poleni, sopra al Tempio di Diana d'Efeso*, p. 1.=64. *Saggi di Dissertazioni lette nella Accademia Etrusca di Cortona*, *Tomo II. Parte II. in Roma* 1742. 4.

vid. *Nic. Comnenus Papadopoli Historia Gymnasii Patavini*, L. II. Sect. II. p. 174. inprimis p. 189. 190. — *Io. Fabricii Hist. Bibl.* Part. VI. p. 9. 10. — *Stolle* ad *Heumannum*, p. 492. 493. 800. 801. — Jam fato functus esse videtur, cum *J. J. Björnstähl* A. 1771. Patavii esset, arg. eius *Itineris*, Part. II. p. 252. ed. Batavae.

circa 1712. *Johannes Petrus de Vrsis de* MANDAIORS, Alensis Languedocius, Historicus, & Philologus Parisiensis, a quo Academia bonarum literarum non contemnendos disputationum Geographicarum & Historicarum fructus cepit, qvales sunt Anno 1714. (1.) *du Camp d'Annibal sur les bords du Rhone*, in *Historia Acad. Inscript. Tom.* II. p. 141. =145. (2.) *Recherches sur la situation de*

Brian		Trudon & Prufanum, [illegible]
pens:		de Ferne, Prix en [illegible]
—		ibidem. p. 421=427. Anno
Cor..		Recherches sur l'Etat [illegible]
Vi.		ferne. Ibidem Tom — p.
Jose		Anno 1721. (4) Remarques [illegible]
ph		nal & de Scipion, [illegible]
Franc		citées comme [illegible]
1711.		Acad. Tom. III. p. 286=[illegible]
=		(5.) Nouvel Examen de la [illegible]
1740.		entre le Rhône & les Alpes [illegible]
		Tom. III. p. 295=300. Anno
		Des Limites de la France & de [illegible]
		Memoriis Acad. Tom. XII. p.
		ed. Amstel. Anno 1732. (7.)
		d'un passage de Gregoire de Tours.
		Tom. V. p. 210.=214. ed.
		Huius ipsius an alius Mandajors
		Nouvelles Decouvertes sur l'Etat
		ne Gaule du temps de Cesar. Paris.
		quorum inventorum meminit Cas-
		kenianus, p. 461. definire non pos-
		videtur indicare temporum veritas
		Historiam criticam de Galliae Narbo-
		Histoire Critique de la Gaule Narbon-
		comprenoit la Savoye, le Dauphine,
		vence, le Langvedoc, le Roussillon,
		Comté de Foix. Paris 1733. 12. bu-
		posse auctorem. v. Lenglet du Fres-
		Supplemento Methodi, Part. II. p.
		eum Scriptorem accuratum laudat: E-
		exact.

Nat. 1679 =♍ 1747.

vid. *Eloge de Mr. de Mandajors par M-ret*, in *Histor. Acad. Reg. Inscript.* XXI. p. 250.=255. ed. *Paris.*

Digitized by Google

ER. HR. | PARS SEXTA.

circa 1712. *Bernardus* PICARTus, Parisiensis, *Stephani Picarti*, cognomine *Romani*, (nati 1632. =⊖. 1721. cuius effigies est in limine *Imaginum Canini*, *Amstel.* 1731. 4.) Filius, elegans tabularum radio scriptarum artifex mox Parisiensis, mox Amstelaedamensis.

Nat. 1673.=⊖. 1733.

v. *Catal Bibl. Bunav. Tom* I. *Vol.* I. p. 712. — *Dictionaire Typographiqve*, *Historiqve & Critiqve par I. B. L. Osmont*, Tom. II. p. 69.

1712. *Michaël* LE QVIEN, sive LEQVINIVS, Morino-Bolonienſis, ordinis Dominicani Sacerdos, & Philologus Parisiensis, cui hoc anno debetur editio *Johannis Damasceni Operum* graeco-latina, Parisiis fol. duobus codicibus, suo merito descripta a *Fabricio* V. *Bibl. Graec.* c. 30. p. 777.=817. Post eius mortem demum in lucem aspectumque hominum venit *Oriens Christianus*, *in quatuor Patriarchatus digestus*, *quo exhibentur Ecclesiae*, *Patriarchae*, *ceterique Praesentes totius Orientis*, *Parisiis*, *ex Typogrophia regia*, 1740. fol. tribus Tomis. cuius praeclari operis rationem reddidit *J. Ignat. Rodericus*, Colonienſis, in *Correspondance des Savans*, No. XVIII. p. 273. =286. & No. XIX. p. 289=302.

Nat. 1661.=⊖. 1733.

vid, *Stolle* ad *Heumannum*, p. 437. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1540.

circa 1712. *Johannes Baptista* ROVSSEAV, sive RVSSAVIVS, Parisiensis, Poëta Gallo-Francus,

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus.		cus, cuius Opera (*Les oeuvres Rouſſeau*) *Pariſiis* 1712. 8. prod eaque auctius & emendatius, vel 1723. 4. duobus codicibus, vel *A dami* 1726. 8. tribus codicibus, legentium revocata fuerunt. Nat. 1669.=Θ. 1741. Icou in numo Muſei *Mazzuchelliani* II. Tab. CLXIX. No. V. p. 287. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vo 1565. — *Oſmont Dictionaire Typogr* Tom. II. p. 161. — Icon & vita *Matthi. Schroeckh Abbildungen* &c. I. Faſc. III. n. XXXI. p. 333.=34
Carolo VI. *Joſephi* Fratre 1711. = 1740.	1712.	*Antonius Auguſtinus* TOVTTéE, Ri Claramontanus, Benedictini ordinis dos S. Mauri, Philologus Pariſien in recenſendis *S. Cyrilli* Hieroſol *Operibus*, vitaque eius, rebus geſtis trina & ſcriptis enarrandis multum poris ſtudiique poſuit, cuius tamen triae ſuae fructum non tulit vivus mortem demum editis *S. Cyrilli o Pariſiis*, 1720. fol. Nat. 1677.=Θ. 1718. vid. *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. 1657.
	1712.	*Matthias* CRAMERVS, Colonienſis, matiſta, & Lexicographus ſermon tisci & Francici apud Norimber hoc anno edidit: *Recht vollkommen lich Dictionarium*, Norimbergae 4. Tomis.

Digitized by Google

PARS SEXTA.

v. *Io. Fabricii Hiſt. Biblioth.* Part. III p. 312. 313.

712. *Chriſtianus Vlricus* GRVPENius, ICtus, Conſul, & Philologus Hanoveranus, hoc anno *Tractationem de Virgine prae vidua ducenda, & de virgine Florentina, Jenae*, defendit, poſtea *Petri Mulleri Tractationem de gradu Doctoris* typis renovando accuravit, *Jenae* 1715. 4. *Tractationem de vxore Romana, cum ea, quae in manum convenit farre, coëmtione, & vſu, tum illa, quae uxor tantummodo habetur, Hanoverae*, 1727. 8. in lucem protulit.

Θ. 1767.

v. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 664. — *Hambergers Gelehrte Teutſchland*, Part. I. p. 130. ſ. ed. prior.

1712. *Godofredus* LENGNICH, Gedanenſis, ICtus, Hiſtoricus, & Bibliographus eiusdem vrbis. hoc anno *Diſſertationem de origine & progreſſu poenae adulterarum apud Romanos, Halae*, 4. a colloquentium dubitationibus liberauit. Deinceps quae emiſit ſcripta vel ad hiſtoriam literariam, civilemue Poloniae, & Boruſſiae pertinent, tanquam *Polniſche Bibliothek, Tannebergae*, 1718.=1720. 8. *de forma regiminis, quae ſub imperio Poloniae Regum Pruſſiae competit, Gedani* 1722. 4. *Geſchichte der Preuſiſchen Lande* &c. *Danzig*, 1723. 1724. ſol. tribus partibus.

Nat. 1689.=Θ. 1774.

vid. *G. Stolle* ad *Heumannum* p. 474. — *Hamber-*

SAEC. XVIII.	AER CHR	PARS SEXTA.
Principibus.		*bergers Gelehrte Teutſchland.* Sect. II. p ed. 1768. — *Ioh Frid. Juglers Bey zur Juriſtiſchen Biographie*, Tom. III. II. n. VIII. p. 283.=318.
Carolo IV. *Joſephi* Fratre 1711. = 140.	circa 1712.	*Juſtus Gotthardus* RABENERus, Lipſi Homileta & Philologus illius vrbis nomine *Sereni* nonnullas ad *Mencken clamationes de Charlataneria eruditorum* notationes ſcripſit. Nat. 1688.=Θ. 1731. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p.
	circa 1712.	*Johannes Iacobus* RHODIVS, Regiom nus, Philologus & Philoſophus. Poſt nium ſaltem *Diſſertationem de Lecti terum lucubratoriis*, *Regiomonte*, 171 in publico eſſe iuſſit. Nat. 1690.=Θ. 1727. Cf. *Georg. Chriſto. Piſanski Hiſtor. Litt Pruſſiae*, Part. IV. §. 54. p. 98. (g)
	1712.	*Johannes Gaspar* SANTORDC, Caſſella Philologus Marburgenſis, hoc anno *uerſale Antiquitatum Romanarum Brev um*, *Francofurti.* 12. contexuit. cui po *acceſſit Deſcriptio brevis Antiquitatum G carum & Conſpectus Gronoviani & Grae Operis de Antiquitatibus Graeco-Rom Francof.* 1730. 12. Nat. 1682.=Θ. 1745.
	1712.	*Johannes Martinus* SCHAMELIVS, I ſelvico Altenburgicus, Theologus & ſtoricus Numburgenſis, cuius ſunt V

Digitized by Google

ciae cantionum (ſcribere debuiſſet hymnorum,) *Eccleſiae Euangelicae*, *Lipſiae*, 1712. =1718. tribus partibus 8. & *Numburgum literatum*, quod varias ſubinde virorum doctorum Iulii Pflugii, Lutheri, Melanchthonis, Reineſii, Daumii & aliorum Epiſtolas inſertas offert, *Lipſiae*, 1727. 4.

Nat. 1668.=Θ. 1742.

vid. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 832. & 917. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1584.

1712. *Martinus* SCHMEIZELIVS, Cronſtadienſis Tranſylvanus, Hiſtoricus, & iuris publici magiſter Academiae Halenſis, hoc anno *Commentationem hiſtoricam de Coronis, tam antiquis, qvam modernis, iisque regiis, ſpeciatim de origine & fatis regni Hungariae Coronae*, *Jenae*. 4. adornavit, ſubſecutisque annis alias hiſtorici & aspidologici argumenti disputationes in vulgus emiſit, quas, ab aliis commemoratas, recenſere nihil attinet. Notatu dignus eſt eius *Catalogus Scriptorum, qui res Hungariae, Valachiae, Moldaviae, Croatiae, Dalmatiae vicinarumque regionum & Provinciarum illuſtrarunt*, & in Bibliotheca Martini Schmeizelii aſſervabantur, *Halae* 1744. 8. *Bibliothecam* eius *Hungaricam*, ſive de *Scriptoribus rerum Hungaricarum Commentationem literario-Criticam* quae nondum edita eſt, in Muſeo illuſtriſſimi eruditiſſimique Comitis *Telekii* cuſtodiri narratum mihi eſt.

Nat. 1679.=Θ. 1747.

vid. *Io. Fabricii Hiſtor. Bibliothecae*, Part. V. p. 253. 254. — *C. A. Heumanni Via ad Hiſtor.*

Digitized by Google

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus.		*Hiſtor. Literar.* c. II. §. XVII. p. 2; c. VII. §. XLIII. p. 491. — *Stolle* a *mannum*, p. 18. & 835. — *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1589. — *Horanyus* in *Memoria Hungarorum*, III. p. 220.=225.
Carolo VI. *Joſephi* Fratre 1711. = 1740.	1712.	*Andreas Georgius* WAEHNERVS, Hoyanus agri Bremenſis, Philolog Archaeologus Ebraeus Academiae G genſis, hoc anno *de Mari Aſphaltite*, *ſtadii*, 4. diſſeruit. Cetera eius ſ praetereo a *Strodtmanno* iam comm rata. Nat. 1693 =Θ. poſt 1757. vid. *Stolle* ad *Heumannum* p. 881. — *Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 168 *Antiquitates* eius *Hebraicas* laudat *Ges* ad *Iſagogen*, §. 567. p. 456. Tom. I.
Duisburgenſis ad Rhenum, hoc iam anno *Exercitationem de πολυθεότητι Antediluuiana ad Gen. IV.* 26. *Bremae* 4. evulgavit. De ceteris eius libris & Obſervationibus Criticis, qvae multae ſunt, opera aliorum, ea in re collocata, hoc loco agere vetat.

Nat. 1694.=Θ. 1769.

vid. *G. Stolle* ad *Heumannum*, p 502, 503. inprimis, *Iob. Chriſtoph. Strodtmanni* Nova erudita Europa (*Das Neue Gelehrte Europa*) Part. III. p. 684.—713. Part. IX. p. 241.=246. & Part XIII. p. 236.=241. — *Georg. Chriſto. Hambergeri* Germania erudita, Sect. III. p. 532. ſ. edit. prioris, & *Joh. Gottlob Leidenfroſti Oratio Funebris in Joh. Hildebrand. Withofium*, *Duisburgi ad Rhenum*, 1769. 4. — *Jacob. van Vaaſſen* in *Animadverſionibus ad Faſtos Romanorum ſacros*, a me haud ita pridem editis, p. 74. *ſaepius*, ait, *Bentleii emendandi rationes arripiens ipſo audaciores coniecturas proponit.*

| 1716. | *Iohannes Conradus* ZELTNERVS, Norimbergenſis, *Guſtavi Georgii* (de quo antea VI. III.) frater, Homileta Lutheranus Altenthanenſis, & Philologus, hoc anno *Correctorum in Typographiis eruditorum centuriam* dedit, *Norimbergae*, 8. quae paulo poſt in *Theatrum virorum eruditorum, qui ſpeciatim Typographiis laudabilem operam praeſtiterunt*, a *Frid. Roth-Scholtzio* apertum, commutata, prodiit *Norimbergae*, 1720. 8.

Nat. 1687 =Θ. 1720.

vid. *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1711.

| 1716. | *Zacharias* PEARCE, Episcopus Rocheſterienſis, Theologus, & Criticus, hoc anno *Ciceronis ad Q. Fratrem Dialogos tres de Oratore* recenſuit, & adnotationibus illuſtravit, *Cantabrigiae*, 8. iterum ibidem, 1732. 8. tertium *Londini*, 1746. 8. repetitos: mox

SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEXTA.

Principibus. Carola IV. Josephi Fratre 1711. = 1740.

Dionysii Longini de Sublimitate Commentariu
versione & notis, *Londini*, 1724. 4. max. o
& tandem *Ciceronis* libros *de Officiis ex MSS.*
davit, *Londini* 1745. 8.

Nat. 1690 =Θ. 1774.

vid. *A Commentary with notes on the Eua*
and te Acts of the Apostles together with a new
lation of St. Pauls first Epistle to the Corinthians
a paraphrase and Notes: to which are added oth
ological Pieces, *by* Zachary Pearce, *DD. lat*
Bisbop of Rochester. To the whole is prefixed
Account of his Lordships Life and Character, *wri*
himself. Published from the original MScripts by
Derby, *A. M. his Lordships Chaplain*, *London*,
4. (*Io. Dav. Michaëlis Bibl. oriental. & Exeg*
Part. XII. n. 194. p. 60 =97.) — Auctores
thecae Criticae, Part. III. p. 30. eum vocant
tis quidem ingenii virum, *sed doctrina non pare*
visio.

| 1716. | *Guilielmus* **READING**, Theolog
Philologus Anglo-Britannus, qui hoc anno re
mini nostri Jesu Christi & eius Apostolorum
fuit. (*The History of Iesus Christ*, *and the Li*
the holy Apostles) *Londini*, 8. tum *Eusebii* & al
Sevirorum *Historiam Ecclesiasticam* ab *Henrico*
sio pulcre illustratam, variis *plurimorum eruditi*
observationibus criticis auxit *Cantabrigiae*, 172
tribus Tomis.

| 1716. | *David* WILKINS*ius*, Archi-dia
Suffolciensis, & Canonicus Cantuariensis, Th
gus, Historicus, & Philologus, qui tametsi al
iam annis citius sive in itinere Italico, sive Bat
literarum consuetudinem cum *M. V. Lacrozio* h
rit, indicio *Thesauri Lacroziani*, Tom. I. p. 365.

Digitized by Google

& Tom. III. p. 240.=244. tamen hoc demum anno publice nomen ſuum ad poſteros commendavit *Novo Teſtamento* coptice edito, *Oxonii*, 4. quod deinceps *Pentateuchus Coptico-Latinus* ſecutus eſt *Londini*, 1731. 4. Interea non modo *Leges Anglo Saxonicae*, *Eccleſiaſticae*, & *Civiles*, vt popularibus eius notiores eſſent, *Notis*, *verſione*, & *Gloſſario* effecit, *Londini*, 1721. fol. ſed etiam ſedecim annis poſt *Concilia magnae Britanniae & Hiberniae* in vnum corpus redegit *Londini*, 1737. fol. quatuor codicibus, & *Bibliothecam Britannico-Hibernicam*, *Londini*, 1748. fol. apparavit.

vid. *Frid. Gotth. Freytagii Analecta Litteraria*, p. 1093. 1094.

| 1717. | *Nicolaus* COLETVS, Hiſtoricus fortaſſis Venetus, hoc anno *Ferdin. Ughelli Italiam Sacram, ſive de Epiſcopis Italiae, & Inſularum adiacentium, rebusque ab iis praeclare geſtis, deducta ſerie ad noſtram vsque aetatem* iterum edidit, emendavit, adnotationibusque ſuis & Supplementis locupletavit *Venetiis*, 1717.=1722. fol. X. Tomis.

vid. *I. A. Fabricii Conſpectus Theſ. Lit. Ital.* p. 62=66. — *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 586. 587.

| 1717. | *Hercules Franciscus* DANDINIus, Caeſenas Comes, ICtus, & Hiſtoricus Patavinus, hoc anno laudes Eugenii Principis vernacula Oratione celebravit, (*Orazione delle lodi del Sereniſſimo Principe Eugenio di Savoja per le vittorie riportate contro il Turco*, in *Componimenti degli Academici Riformati di Ceſena. in Faënza.* 12.

Nat. 1695.=☉. 1747.

vid. *Vitarum Italorum doctrina excellentium, qui Sae-*

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus.		*Saeculo XVIII. floruerunt Decas II. auctore Fabronio, Romae.* 1769. 8. p. 73.=104.
Carolo VI. Iosephi Fratre 1711. = 1740.		| 1717. | *Iohannes* OLIVA, Rhodiginus, Arcl gus, primum Romanus, tum Parisiensis. Relict Roma migravit Lutetiam Parisiorum, vt Ca *Robanio* ibi a bibliotheca esset, hoc anno *d rum veterum cognitione cum Historia iungenda*, *tiis.* 8. disputavit, tum *de antiqva in Romani lis Grammaticorum disciplina* Dissertationem *lu Venetiis* 1718. 8. scripsit, mox proximo anno *mor Isiacum, Romae nuper effossum* Exercitati illustravit, *Romae*, 1719. 8. (v. *Act. Erudit.* Mense *August.* p. 392. vbi etiam alia in idem mor Isiacum *Georgii Christiani Gebaueri, Vr vienſis, Exercitatio* 1720. *Mens. Sept.* p. 395. praeterea *Camilli Sylvestrii, Io. Mariae Lanci Blasii Caryophili* in *Anaglyphum graecum interpr nes* iunctim vulgavit *Romae*, 1720. 8. nec no *Robanii* Cardinalis auspiciis in lucem prodire *Poggii Florentini Historiam de varietate fortunae Dominici Georgii illustratam*, vna cum *Poggii stolis LVII. antea ineditis. Lutetiae Parisiorum,* 4. (v. *Act. Erudit. Lipsienſ.* 1725. *Maio* men 220. seq.) Quo in libro Abbas Oliva Inscripti *Deae Semelae & Sororum* eius illustraverit, vt *Muratorius* in *Novo Thes. Inscript.* ad lapidis nienſis titulum, post CLXV. 5. inutiliter repet MCMLXXXI. 2. significavit, fateor me nesc
		| 1717. | *Angelus Maria* QVIRINI, Venetus, dinalis, Romanae, quam vocant, Ecclesiae Bi thecarius, Episcopus Brixienſis, Historicus, chaeologus, & Philologus. Etsi iam initio Saeculi Anno quippe 1705. *Orationem de Mos*

Digitized by Google

historiae praestantia recitasse dicitur, tamen circa hos annorum fines post editam *de Monastica Italiae historia conscribenda Dissertationem*, Romae 1717. 4. nominis eius velut sidus maxime fulgere coepit Quam πολύγραφος autem fuerit, quantamue literarum necessitudinem cum Italiae, Franciae, Germaniae, Bataviaeque hominibus eruditis habuerit, cum ex eius ipsius vitae Commentariis, tum aliunde latius cognosci potest. Id solum addere liceat, eius *Primordiorum Corcyrae* alteram editionem, *Brixiensem* 1738. 4. mai. in compendium missam esse in *Act. Erudit. Lipsiens.* 1739. *Novembr.* p. 601. in Ephemeridibus Parisiensibus, (Journal des Savans) Tom CXVIII. A. 1739 *Jun.* p. 206. nec non Venetis, (*Giornale de' Letterati*, Tom. XXXIX. I. a. p. 1. seq. Epistolarumque eius ad *Alexium Symmachum Mazochium*, de *nominibus Corcyrae*, Romae 1742. 4. & ad *Claudium de Boze* de *Diptycho*, ibidem, eodem Anno 4. evulgatarum, & subsecutae postea alterius *Decadis Epistolarum*, *Romae* 1743. 4. itidem rationem habitam esse in *Novis Lipsiensibus Actis* A. 1743. *mense April*, p 231. & A. 1744. *Jun.* Part. I. p. 292. inprimis a p. 296. seq.

Nat. 1684 =Θ. 1755.

Icon eius in octo numis *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CXCI. ad p. 373 =376.

vid. omnino *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1541. & Vol. III. p. 2162. addatur *Joh. Christo. Strodtmanni* Nova erudita Europa, (*Neue Gelehrte Europa*) Part. VIII. p. 1015.=1071. — *Eloge de Mr. le Cardinal Qvirini*, par *Mr. de Bougainville*, in *Histor. Acad. Reg. Inscript.* Tom. XXVII. p. 215. =227. ed. *Paris* — Imago & vita in *Joh. Matthi. Schroeckhii Abbildungen* &c. Tom. I. Fasc. III. n. XXXII. p. 343 =356.

SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEXTA.

Principibus.

Carolo VI. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.

| 1717. | *Stanislaus* SANTINELLIus, Con onis a Somascha Clericus Regularis, Rhetor, chaeologus Venetus, hoc anno *de Romanor rum nobilitate* sigillatim egit *Venetiis*, 8. quam tationem labentibus annis *Dissertationibus* eiu tionibus, *Epistolis*, & *Carminibus*, *Venetiis*, primo loco, p. 1.=92. insertam lego. (v. N *Erud.* 1736. Septembr. p. 401.) Eiusdem v sunt hae Epistolae *delle Mance; dissertazione dre Stanislao Santinelli, Somasco, al Sign. Giov tini*, in *Giornale de' Letterati d'Italia*, XXXV. Art. 3, a p. 90. *Lettera* &c. *sopra co bicchiere*, ibidem, Tom. XXXVIII. Part. I. p. 171. seq. nec non *Lettera* &c. *al Padre Gi cesco Baldini, sopra la Spiegazione della Med Vaballatho che porta questa Iscrizione*: VAB THVS VCRIMDR. in *Raccolta d'Opuscoli sc e Filologici*, Tom. IX. p. 93.=188. Nat. 1671.=Θ. 1748.

| 1717. | *Davides* DVRANDus, Homile cicus ad aedem D. Martini apud Londinens ricus, & Philologus, hoc anno Vitam & q Vanini descripsit, (*La vie & les Sentimens d Vanini*) *Roterodami.* 12. tum *Plinii* Librum qui est de Pictura, ad Vossianorum Codicum recognovit, francice vertit & animadver illustravit, hoc sub libri indice: *Histoire de ture Ancienne extraite de l'Histoire Naturelle Liv. XXXV. avec le Texte Latin* &c. *à L* 1725. fol. eodem modo alium *Librum* XXX auro & argento tractavit, praemisso Carmin cico de perduellionis crimine Adami, cuius oper admodum triti hominum vsu & manibus, Epigraphe: *Histoire naturelle de l'or & de extraite de Pline le Naturaliste Livre XXXI*

le texte Latin corrigé sur le Mſſ. de Voſſius &c. & un Poëme sur la Chute de l'Homme & sur les Ravages de l'or & de l'argent. à *Londres* 1729. fol. cum superiori quoque anno *C. Plinii Secundi Historiae Naturalis ad Titum Imperatorem Praefationem ex Mſſ* sigillatim recensuisset, & *Notis* illustrasset, *Londini*, 1728. 8. tandem ad exemplum *Jac. Perizonii* res gestas Saeculi XVI, (*Histoire du Seizieme Siecle*) quatuor codicibus, *Hagae Comitum* 1734. 8. exposuit.

| 1717. | *Vrsinus* DVRANDus, Monachus ordinis Benedictini S. Mauri Parisiensis, itineris & laborum *Edmundi Martene* fidelis socius, cum eo primi itineris, (*Voyage Litteraire de deux Religieux Benedictins de la Congregation de St. Maur*) *Parisiis*, 1717. 4. duabus partibus, & alterius, (*Second Voyage Litteraire*, *Parisiis*, 1724. 4. vna parte absoluti, item *Thesauri Novi Anecdotorum*, Parisiis, 1717. fol. quinque Tomos comprehendentis, & *Veterum Scriptorum & Monumentorum Historicorum, moralium, amplissimae Collectionis*, *Parisiis*, 1724=1733. fol. novem Tomis digestae laudem communiter tulit.

v. G. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 608.

| 1717. | *H. P. de* LIMIERS, ICtus, & Historicus, *Plauti* interpres Francicus, hoc anno *Chevignii* cuiusdam Prosopographiam palatinorum, militarium, & togatorum hominum, (*De Chevigny la science des personnes de la Cour, de l'Epée, & de la Robe,*) auxit, *Amstelaed* 8. quatuor codicibus, nec non Historiam regni Ludovici XIV. (*Histoire du Regne de Louis XIV.*) *Amstelaed.* 1712. 12. septem codicibus, adornavit, tum *Plautum*, (*Les Oeuvres de Plaute, traduits par H. P. de Liniers,*) francice lo-

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.

Principibus.

Carolo IV. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.

qui iussit, *Amstelaed.* 1719. 12. decem partibus res Svecicas (*Histoire de Svede sous le regne de les XII.*) *Amstelaedami*, 1721. 8. sex partib posuit: porro Historiam Academiae Bono (*Histoire de l'Academie appellée l'Institut des & des Arts établie par Mr. le Comte Marsigly logne, en* 1712.) literis mandavit, *Amstelaed.* 8. & tandem Annales Monarchiae Francica *nales de la Monarchie Françoise avec les M authentiqves depuis Pharamond, jusqv'à la M de Louis* XV.) confecit, *Amstelaedami* 172 vid. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 732. 733.

| 1717. | *Paulus* RAPINVS, dominus Th SII, (vulgo: *de Rapin Thoyras*,) Castrensi guedociae, Historicus, hoc anno duarum i glia factionum, Whigsiorum, & Torrysiorum & naturam demonstravit, (*Dissertation sur les & les Torrys*) *Hagae Comitum.* 12. tum rerum gliae non contemnendus sane auctor extitit. eius Historiae Anglicae (*Histoire d'Angleterre* tio est *Hagana*, 1727. = 1736. 4. XIII. co cuiq duo alios comites iungi par erit: *Ab l'histoire d'Angleterre de Mr. Rapin Thoyras, à* 1730. 4. tribus codicibus, &: *Remarqves qves & critiqves sur l'histoire d'Angleterre de Rapin Thoyras par Mr. N. Tindal, & Abregé rique du Recueil des Actes publics par Mr. de Thoyras avec des Notes de Mr. Etienne Wbal Haye* 1733. 4 duobus codicibus.

Nat. 1661 = Θ. 1725.

vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. — *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 487. — *Jac. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. (Paul de) *Rapin Thoyras.*

| 1

ER. | PARS SEXTA.
HR. |

| 1717. | *Eduardus de* VITRY, Sacerdos Jeſuita Gallo-Francus, vt videtur, habitatione vero poſtea talus, Philologus, & Archaeologus, hoc anno defini- e conatus eſt tempus, quo S. Auguſtinus libros ſuos e libero arbitrio abſolvit, (*Diſſertation critiqve ſur : tems, au qvel S Auguſtin acheva ſes Livres du Libre rbitre*, in *Memoriis Trevoltinis*, 1717. *Novembre*, p. 906=1915. non multo poſt alias disputationes ommentariis Trevoltinis inſeruit, veluti *Diſſerta- ion critiqve ſur les Lettres paſcales de Theophile d' llexandrie.* A. 1719 Januar. p. 162=181. *Diſſerta- ion critiqve ſur la Signification du mot latin: Inutilis.* bidem in *Memor. Trevoltin.* 1721. *Septembr.* p. 1518. =1616. item *Lettre ſur les Poids & Monnoyes des Romains.* ibidem 1729. *Jul.* p. 1252.=1295. in- rimis ei tribuitur: *T. Flavii Clementis, viri Conſula- is & Martyris tumulus illuſtratus, Vrbini*, 1727. 4. nai. in compendium miſſus, in *Actis Erudit. Lipſiens.* 1728 p 273. repetitus vero in Sylloge Opusculo- rum *Calogerana*, *Raccolta d'Opuscoli Scientifici*, Tom. XXXIII. p. 251. ſeq. Huius vero libelli auctorem eſſe *Vitryum* apparet clariſſime ex *Memoriis Trevul- tinis*, A. 1728. Menſe *Auguſt.* Art. 82. p. 1531. ſeq. & *Paralipomenis Franc. Antonii Zachariae*, in *O- pusculis Scientificis & Philologicis*, Tom. XXXIII. p. 343. 346. 417. & ſaepe alibi, qui *Vitryum* de- fendit, Ieſuitam Ieſuita, adverſus cenſuram doctiſſ. *Laisnei* (Mſr. *L'aisné*,) Is enim *Disquiſitionem in Diſſertationem, cui titulus eſt: Tumulus T. Flavii Clementis Maryris illuſtratus*, 1727. 4. ſine loci men- tione, quem tamen *Lugdunum* Franciae fuiſſe ſus- picor, ediderat. (v. *Mémoires de Trevoux*, A 1728. menſe *Aug.* Art. 83. p. 1544.) cui etiam paucis respondiſſe videtur *Vitryus*, Romae tum mora- tus, in literis Ephemeridum *Trevoltinarum* A. 1728. Menſe *Decembri* a p. 2341. Mox eorundem

SAEC. XVIII. | AER. CHR. PARS SEXTA.

Principibus.

Carolo VI. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.

Commentariorum *Trevoltinorum* auctores A. menſe *Julio* p. 1322. Pariſiis nunciarunt, quemdam doctum breves Obſervationes in ti reliqviarum S. Clementis evulgaſſe, noviſſimu eius verſum ſic interpretatum eſſe: LEO DOCTore XISto CONlata Sexta A. Sancti ECCleſia. hoc eſt, *Leone Pontifice multas vr Sarcophagos ſanctorum oſſium tranſlatos eſſe in ca.* Mirifica ſane eſt interpretatio, & digna hoc mirabili S. Clementis titulo, qui mihi vi eſſe ſpuriae antiquitatis, quod etiam ante me d olfecit *C. A. Heumannus*, *de Sepulcris Suppoſititi Poeciles* Tomo III. L. II. p. 186. ſeq. Hinc mirum fuit, cur *Muratorius* in *Novo Theſauro* ſu tam hanc Epigraphen omitteret.

| 1717. | *Daniel* GERDESius Bremenſis, T logus, Hiſtoricus, & Philologus primum Dui genſis, tum Groninganae Academiae, hoc *de vocum Laris & Penatium etymologia, cor cum privatorum, tum publicorum origine* disputa *Sam. Maſſoni Hiſtoriae Criticae Reipublicae L riae* Tomo XV. p. 84.=110. poſtea & Hi literariae & Chriſtianae pomoeria non paucis ſervationibus & librorum monumentis, quae ſe dum alios indicare non eſt neceſſe, vlterius pr re ſtuduit.

Nat. 1698.=Θ. 1765.

vid. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 648. 649. — *tal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1268. — *waldus Hollebeek*, eruditiſſimus Lugdunenſium T ologus, eius gener, in Praefatione ad *Dan. Ger Specimen Italiae Reformatae*, *Lugd. Batav.* 176 p. III.=XXVII. Addatur *Joh. Chriſtoph. St mannus* in *Beytraegen zur Hiſtorie der Gelahr* Part. V. p. 167.=189. item in *Neuen Gel*

Europa, Part. III. p 605.=611. & *Ferd. Stoſchius*, ibidem P. IX. p. 234.=241. & Part. XX. p. 1054 = 1056.

| 1717. | *Johannes Georgius* KEYSLERVS, Thurnavio-Giechenſis tractus regionum Franconici, Hiſtoricus, & Archaeologus Cellenſis, Societatis regiae Londinenſis ſocius, hoc anno *Exercitationem Hiſtorico-Philologicam de Dea Nehalennia*, ſeparatim *Cellae*, typis deſcribi iuſſit, (vide ſis *Io. Clerici Bibliothecam antiqvam & novam*, Tom. VIII. P. II. p. 414.) quae tamen mox eius *Antiquitatibus Selectis* inſerta fuit, a p. 235.=296. elicuitqe nonnullas Obſervationes incerti cuiusdam auctoris Epiſtolae, (*Sendſchreiben an Herrn N. N. betreffend die in Seeland ehemahls bekandte Göttin Nehalennia*,) in *Gundlingianis*, *Part.* XXIV. n. III. a p. 431.=438. Poſt aliquot annos *Antiquitates Selectas Septentrionales & Celticas*, *Hanoverae*, 1728. 8. in medium protulit, (vid. *Acta Lipſienſia*, 1721. April. p. 162.) Inſunt in eo libro non pauca lectu & cognitu digniſſima, ſed nollem ibi p. 200. 201. *Gargonis* fuco deceptus eſſet, *Neptuni* ſigno baſin & titulum *Herculis Maguſani*, alicubi obvium, & viſum, ſubdens, & accommodans. vnde vana mirabilium coniecturarum materies viris doctis nata eſt. Tandem Itinera ſua per Germaniam, Italiam, & Bataviam olim facta enarravit, vulgato libro, cui titulus: *Neueſte Reiſe durch Teutſchland*, *Böhmen*, *Ungarn*, *der Schweitz*, *Italien und Lothringen*, &c. *Hanoverae*, 1740. 4. & qui poſt eius mortem iterum emendatius prodierunt, editore *Godefrido Schützio*, Altenavienſi, *Hanoverae* 1751. 4. Batava quoque veſte indutus, *Amſtelaed.* 1753. 4. quatuor partibus. (*Nieuwe Reizen door Duitſchland*, *Bohemen* &c.)

Nat.

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus. — — *Carolo* VI. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.		Nat. 1689. = ☉. 1743. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II 1364. & Vol. III. p. 2160. — *Ioh. Mathi. Gen* ad *Isagogen*, § 677. p. 23. Tom II. qui *itinera* eius *praeclarissimum* vocat. De quo tamen non a dum honorifice iudicat *Ioh. Winckelmannus*, in P fatione ad *Historiam Artium antiqvitatis*, p. idemque aliis in causis acerbe notavit *Gerardus kens*, in *Notabilium*, L. I. p. 86. f. L. II. p *stolidam* eius *diligentiam* increpare ausus, L. 138. *omne*que ei *abfuisse iudicium*, p. 139. ne an satis humaniter, contendens.
	1717.	*Johannes* KLEFECKERus, Iurid sive, vt vulgo dicitur, Syndicus Hamburgensis, Philologus, hoc anno *Bibliothecam eruditorum cocium* dedit. Nat. 1698. = ☉. 1775. vid. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 709.
	1717.	*Samuel* KOELESERIVS *à Keres* Transilvanus, ICtus, sive, vt honorum titul pius sunt barbari, *Secretarius Gubernalis Ca Regius Principatus Transilvaniae*, hoc anno *Aurariam Romano-Dacicam, Cibinii*, (hoc est T silvanorum ore, *Zeben*, *Germanorum* contra ferm *Hermanstad*.) 8. librum valde rarum, saltem in manis & Batavis. Eiusdem quoque studio, nec nori tamen exemplorum raritate lucem aspexit *bullus Corvinianus, seu Albii Tibulli, Triumvir tices, qvae supersunt e Cod. Mſto Matthiae Cor Regis Hungariae, recensuit Samuel Köleserius A Eer, Claudiopoli*, (i. e. ore Transilvanorum war, & Germanorum vernaculo, *Klausenburg*) 8. (v. *Act. Erud. Lipſ.* 1727. Mense *Octobri* p. 1

& confer illuſtr. *Chr. G. Heynii* Praefat. ad *Tibulli Carmina*, *Lipſiae* 1777. 8. p. XXII.

Imago eius extat in limine exempli mei Aurariae Romano-Dacicae, cui mirabiles hi ſubſcripti ſunt verſus:

Hunnia plantavit, Brito Belga & Teuto rigavit,
Dacia poſt civem ceu proprium coluit.
Atque auxit Magnus quem Caeſar honoribus, huius
Effigiem tanta cerne ſub effigie.

Ceterum non optima indole animi, & moribus eum fuiſſe teſtantur Epitaphia *Johannis Comitis Lazarii* in eum acerrime ſcripta, p. 25. *Operum Poëticorum varii argumenti*, *Claudiopoli* 1765 8.

vid. *Magyar Athenas* auctore *Bod Péter*, p. 150. =153. — *Stolle* ad *Heumannum*, p. 711. *Aurariam* illam ſe vidiſſe negat.

| 1717. | *Chriſtianus Sigismundus* LIEBIVS, Frauenſteinenſis Misnicus, Philologus, & Archaeologus numarius Gothanus. Meruerat quidem nominari ad A. 1714. propter Diſſertationem *Lipſiae* illo aut ſuperiori anno, 4. defenſam, & inſcriptam, *Roma Babylon ex nummis adverſus Ioh. Harduinum*; quoniam tamen hoc anno Ioh. Harduini argutias velut novo ariete *Numorum Ludovici XII. Epigraphe*, *Perdam Babylonis nomen, inſignium*, *Lipſiae* 1717. 8. diſcuſſerat, in eius quoque nunc ſocietatem venire debebat. Paulo poſt alia ingenii & ſolertiae argumenta in medium protulit, tanquam *de Tautologia, ſeu vitioſa repetitione verborum Diſſertationem*, *Lipſiae*, 1721. 4. *Diatriben de Pſeudonymia Ioh. Calvini*, cum eiusdem *Epiſtolis Anecdotis*, *Amſtelaedami* 1723. 8. *Lebens-beſchreibung der vornehmſten Theologorum, welche 1530. den Reichs Tag zu Augspurg beſucht.*

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.

Principibus. — *Carolo VI. Josephi Fratre* 1711. = 1740.

Gotha. 1730. 4. *Gotha Numaria*, *Amsteledami* 17
(v. *Act. Erud. Lipsi.* 1730. *Septembr.* p. 385 (
nal des Savans, Tom. 93. A. 1731. *Jan.*
tandem *Imperatoris Iuliani Caesaribus*, quos
non tam ipse, qvam ex instituto eius & Bi
ca edidit *Io. Michaël Heusingerus. Gothae*,
Eius quoque datae ad *La Crosium* Epistolae e
Thesauro Lacroziano, Tom. I. p 237.=252.

Nat. 1687 =Θ. 1736.

vid. *Io. Albert Fabricius*, ad *Bandurii Bibli*
Nummariam, p. 206. (i) — *Georg. Christian.*
erus, in *Anthologicis Dissertationibus*, p. C
— *Stolle* ad *Heumannum*, p. 506. 507. —
Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. II. p. 1391.

| 1717. | *Johannes Eberhardus* RAVIVS,
baco-Nassavius, Theologus, Philologus Eb
& Archaeologus Academiae Herbornensis, ho
scripta & defensa *Marpurgi*, 4. disputatio
precibus Hebraeorum, suam antiquitatis Ebr
peritiam demonstrare coepit, aliis postea &
ribus librorum argumentis feliciter compro
Neque familiari studio suo delectatum, anti
Romanae minus curiosum fuisse, *Monumenta*
tis Germanicae, sive de Ara Vbiorum Libri eius d
traiecti, 1738. 8. persuadent.

Nat. 1695.=Θ. 1770.

vid. *Ferdin. Stoschius*, in dem *Neuen Gelehrt*
ropa, Part. XVI. p. 1049.=1059. — *J. C.*
bergeri Gelehrtes Teutschland, Sect. II. p. 33
prior. — *Marqvardi Winckelii*, *Academiae N*
cae Prorectoris, Programma, *Herbornae Nass*
1770. fol.

| 1717. | *Hermannus Samuel* REIMARVS,
burgensis, *Io. Alb. Fabricii* gener, Philologu

Digitized by Google

cus & Ebraeus, item Philoſophus Lycei illius vrbis, hoc anno *de Differentiis vocum Hebraicarum*, *Witebergae* 4. disputauit: ſucceſſu vero temporis de triplici illo ſciendi genere ita meruit, vt in mimime vulgaribus, ſed pereximiis huius ſaeculi Scriptoribus ingeniisque iure haberetur. Scripta eius a *Goettenio*, & aliis, iam commemorata non repetam, haec ſaltem vel ibi omiſſa, vel recentiora, verbo indicare liceat. Sunt autem huius carminis: *De vita & ſcriptis Io. Alb. Fabricii Commentarius. Accedunt argumenta Hiſtorico-Critica ex Epiſtolis virorum clarorum ad Fabricium*, Hamburgi, 1737. 8. *Epiſtola ad Cardinalem Angelum Mariam Qvirini, qva occaſione edendi Dionis Caſſii ad Nicol. Carminii Falconis editionem trium vltimorum Dionis librorum animadverſiones nonnullas protulit*, *Hamburgi*, 1746. 4. *Specimen novae editionis Dionis Caſſii*, *Hamburgi*, 1748. fol. *Dio. Caſſius graece & latine*, cum animadverſionibus *Valeſii*, *Io. Alb. Fabricii*, ipſiusque *H. S. Reimari*, Hamburgi, 1750.=1752. fol duobus codicibus. *Diſſertatio de Aſſeſſoribus Synedrii Magni, LXX. lingvarum peritis*, *Hamburgi*, 1751. 4. *Die vornehmſten Wahrheiten der Natürlichen Religion, in zehn Abhandlungen*, *Hamburg.* 1754. & 1772. 8. alia id genus.

Nat. 1694.=☉. 1768.

Icon eius ante *Dionis Caſſii* Tomum II.

vid. *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 809. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1549. — *Hambergers Gelehrte Teutſchland*, Sect. II. p. 343 ſ ed. prior. — *Memoriae immortali Herm Sam. Reimari Lingv. Orient. in Gymnaſio Hamburgenſi per XLI. annos Profeſſoris, qualecunque hoc monumentum officii & pietatis cauſa poſuit Ioh. Georg. Büſch, Mathem. P. P. O. in Gymnaſ. Hamb.* *Hamburgi*, 1769. fol. — *Elogium Hermanni Samuelis Reimari* in *Chriſt. Adolph.*

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.

Princi pibus.

Carolo VI. *Jose- phi* Fratre 1711. = 1740

Klotzii Actis Litterariis, Volum V. Part. 344.=357. — *Meinard. Tydemannus*, V. C. in catione *Syntagmatis Dissertationum ad Philos moralem pertinentium*, *Trai. ad Rhen.* 1777. XII.=XXIII.

| 1717. | *Johannes Henricus* SCHULTZius, bitio Magdeburgensis, Medicus, Philologus, tor, & Archaeologus numarius, primo Altor tum Halensis Academiae, hoc anno *de Helleb veterum*, item, *de Athletis veterum, eorum diat habitu*, Halae, 4. disceptavit. tum nullum praetermisit annum, quo non aliquid reconditi artis Medicae, vel literarum graecarum, latinar curriculis promeret. quorum scriptorum grat spiciatur *Goettenus.* Supplementi duntaxat addam *Observationes* eius *Philologicas de* προσκυνεῖν, *Altorfi Noricorum*, 1730. 4. *Observ quasdam ad rem Athleticam pertinentes*, *Halae leb.* 1737. 8. *Dissertationem de Dea Victoria ara Deae in curia Julia*, *Halae*, 1741. 4. Post mortem non modo *Numophylacium Schultzian Michaële Gottl. Agnethlero* digestum, *prefa Commentariis* illustratum, ex *parte* duntaxat (nam altera desideratur,) adiunctis tamen, *sc ribus Clarorum virorum ad B. Schulzium Epistol* cem vidit *Lipsiae*, & *Halae*, 1746. 4. sed ipsiu que Isagoge ad Rem numariam veterum, (*Anl zur ältern Muntzwissenschaft*,) opera & studio *Ludovici Schulzii*, Theologi, & Philologi Hal typis excusa est *Halae Saxonum*, 1766. 8. (v. *Adolph. Klotzii Acta Litteraria*, Vol. III. Par p. 440 =445.)

Nat. 1687 =Θ. 1744.

vid. *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 520. —

Digitized by Google

AER. CHR. | PARS SEXTA.

Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. II. p. 1596. — *A. Haller Biblioth. Botanic.* Tom. II. L. IX. §. 881. p. 138.=140.

| 1717. | *Davides Georgius* STRVBIVS, Cella-Hanoveranus, ICtus, & Hiſtoricus Hanoveranus, hoc anno in Batavis verſatus, *De origine nobilitatis Germanicae, & praecipuis qvibusdam eius iuribus, Lugduni Batav.* 4. disputavit, quae, vti dicitur, *Commentatio*, labentibus annis, *Jenae* 1745. 4. typis renovata fuit.

Nat. 1694 =8. 1775.

vid. *G. C. Hambergeri Germania erudita*, p. 771. 772. ed. prior. & *Meuſelii Supplem.* I. p. 285.

| 1717. | *Iſaacus* VERBVRGIVS, Philologus, & Hiſtoricus Scholae Amſtelaedamenſis, hoc anno *Ezechielis Spanhemii Diſſertationum de vſu & Praeſtantia Numismatum Volumen* II. *ex Auctoris autographo* edidit, *ac numismatum iconibus* illuſtravit, *Amſtelaedami*, fol. mox *Geerlofi Suikeri* Chronicon rerum ab orbe condito vsque ad mortem Guilielmi III. Regis Angliae, (*Algemeene Kerkelyke en Wereldlyke Geſchiedeniſſen des bekenden Aard-Kloots* &c.) in lucem protraxit. *Amſtelaedami*, 1721.=1724. fol. VI. Partibus. & tandem *Ciceronis Opera* recenſere, annotationibusque virorum doctorum illuſtrare auſus eſt, *Amſtelaedami* 1724. fol. duobus. 4 itidem duobus. & 8. vndecim codicibus. quem propterea Actorum Lipſienſium auctores *egregium Ciceronis commaculatorem* appellaſſe ſcribit *P. Burmannus*, in *Sapientia hyperboreali*, p. 53. (17.)

| circa | 1717. | *Petrus* VLAMINGius, Philologus & Poëta eximius Amſtelaedamenſium, hoc anno

Principibus.

Carolo IV. Josephi Fratre 1711. = 1740.

annorum circuitu haud dubie floruit, quandoq
iam cum *J. Willekenſio* Oblectationes Poe
(*Dichtlievende Uitſpanningen*,) *Amſtelaedami*,
8. & *Actii Sinceri Sannazarii Carmina*, ann
nibus ſuis illuſtrata, *Amſtelaedami*, 1718. 8.
Eius quoque eſt: *Arcadia van Sannazarius*,
reddita, *Amſtel.* 1730. 8.

Θ. circa 1733.

Vno ore laudatur, vt *vir amantiſſimus*, ab
Drakenborchio, *in Praefatione* ad *Silium Italium*
vt *vir egregius & ſtudio iuvandi literatorum c*
commendatiſſimus, a *Petr. Burmanno* maiori, in Pr
ad *Poëtas Latinos Minores* **** 3. & *eruditi*
Vlamingius, *amicus noſter non e multis ad nova*
nitidam Sannazariorum Carminum editionem, ib
****** 4. *Vir, dum viuebat, ad humanitatis offic*
ga omnes promtiſſimus, a *Iac. Philipp Dorvilio*, in *I*
critica, c. 1. p. 6. *homo officioſiſſimus, & ide*
taceam eius negotia publica & domeſtica ſpiſſiſ
occupatiſſimus, & diſtractiſſimus, ibid. p. 9.

| 1718. | *Julius* PONTEDERA, Piſanus, M
cus, Botanicus, & Philologus Lycei Patavini,
anno *Compendium tabularum botanicarum, in quo*
tae CCLXXII. *in Italia nuper detectae recenſe*
Patavii, 8. emiſit. Cui etiam ſtudio ita ſe ded
vt quaecunque cum herbarum, ſtirpiumque f
ortu, propagine, vſu, & periclitatione necel
dinem habent, tanqvam aëris, temporum, r
& agrorum viciſſitudines, praeſertim in veteru
bris indagaret, emendaret, & illuſtraret. I
praeſtantiſſimae eius animadverſiones in Caton
ceterosque Ruſticos Latinos, natae ſunt, mox
qvis interpretum annotationibus a *Io. Matthi.*
nero inſertae, mox *Addendorum* & *Emendand*

Digitized by Google

loco eidem Rusticorum corpori, Tom. II. p. 1281. =1312. adiunctae. Huius quidem laboris & industriae suae malam ab editore Rusticorum abstulisse gratiam saepe questus est in suis *Antiquitatum Latinarum Graecarumque Enarrationibus atque Emendationibus*, quae *Epistolis LXVIII. comprehensae, & tabulis plurimis ornatae, praecipue ad veteris anni rationem* spectant, *Patavii*, 1740. 4. mai. inprimis *Epistola* LIII. a p. 462 =467. Verum nec jure, nec eo, qui literatos decet homines, aequitatis candore, vt *Gesnerus* demonstravit in *Epistola* ad *I. F. Reitzium*, *Luciani Operum* Tomo I. praemissa, p. XXV.=XXX.

Nat. 1687.=8. 1763.

vid. *Nic. Comneni Papadopoli Historia Gymnasii Patavini.* L. I. Sect. I. c. IX. p 13. & L. II. Sect. II. c. 48. p. 184. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. VI. p. 43. 44. — *Gerard. Heerkens Notabilium* L. I. p. 5. — *A. Haller*, *Biblioth. Botanic.* L. IX. n. 1089. p. 145=147 Tom. II. — Vitam quoque eius literis consignasse dicitur *Josephus Gennari. Venetiis*, 1758. 8.

| 1718. | *Natalis Eutesius* ARCA, sive vulgari dialecto Francica, *Noël Eudes de l'Arche*, quem vix commemoratione dignum iudicassem, nisi suae se imagini ipse subscripsisset *Prothonotarium* (si notas literarum recte interpretor,) *Apostolicum Parisiis Promotum Doctorem Beneficiarium in Ecclesia Constantiensi.* &c. *Leidae*que, hoc circiter tempore, vt reor, versatus, edidisset: Hominem vnius Libri, *L'Homme d'un Livre, où Bibliotheque entiere dans un seul petit Livre fait expres, pour les personnes d'esprit. à Leide*, 1718. 12. duabus Partibus. Concurrite nunc omnes vrbani homines! concurrite vnguentati & calamistrati iuvenes Academici, quotquot Saeculi levitatem amatis, au-

SAEC. XVIII. | AER. CHR | PARS SEXTA.

Principibus. — *Carolo* VI. *Joſephi* Fratre 1711. = 1740.

aureisque veſtium clavis, & vegrandibus c rum fibulis potius, quam doctrinarum ſubt delectamini, portentum ſuave conflatum eſt re vno duntaxat Encyclopaediae libello ad ſapie opus eſt! Feſtinate, eo vt qvantocyus, & ant tiamini, quam deferatur in vicum vendentem & odores, Et piper, & quicquid chartis am ineptis! Sic cruda ſtudia veſtra in ſuggeſtus fa curiam, & forum laudabiliter propelletis.

| 1718. | *Iſaacus* BELLESOBRIVS, vulgo *Beauſobre*, ortu Gallo-Francus, Theologus Calv nus, & Homileta Francicus Berolinenſium. anno cum *Jac. Infante* (l'Enfant) Novi Teſta ti libros divinos francice vertit, & animadverſi bus grammaticis communiter illuſtravit. (*Le veau Teſtament de nôtre Seigneur Jeſus Chriſt, duit en François, ſur l'original Grec, avec des Not teraires pour eclaircir le Texte par Meſſieurs de B ſobre, & L'Enfant.*) *Amſtelaedami*, 1718. 4. it. 4 Eiusdem viri eximie docti eſt Hiſtoria M chaei, & Manichaeismi, (*Hiſtoire Critique de M chée & du Manicheiſme*) *Amſtelaedami*, 1731. & 4. duobus Tomis: vti etiam Animadverſione ſtorico-criticae, in Novum Teſtamentum poſt mortem editae, (*Remarques hiſtoriques, Critique Philologiques ſur le Nouveau Teſtament, par feu de Beauſobre, le Pere, avec la vie de l'Auteur,*) *H Comitum*, 1742. 4. duobus Tomis. quae mox in tavum ſermonem converſae ſunt: *Aantekeni over het nieuwe Teſtament, met eene algemeene dinge en byzondere Voorredens voor ieder der Schr des nieuwen Verbonds, benevens eene nieuwe Over ting van het nieuwe Teſtament uit het Franſch der ren de Beauſobre, en L'Enfant, vertaald door Pieter*

PARS SEXTA.

tan Verwer. Amſterdam, 1745. 4. duabus par-
ıs.

Nat. 1659 =⊖. 1738.

id. *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 541. 542. = *Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. oc. (Iſaac de) *Beauſobre*. — *Catal Bibl. Bunav.* m. I. Vol. II. p. 1070. — *Infans* & *Belleſobri*-imul laudantur in Interpretibus N. T. mixti ge-is, apud *Jo. Aug. Erneſtium* in *Inſtitutione In-retis Novi Teſtamenti*, Part. II. c. IX. §. 36. 97.

718. | *Matthias* BELIVS, Otſovienſis Hunga-, Theologus Lutheranus, & Hiſtoricus Presbur-ſis, ſive Poſonienſis, hoc potiſſimum anno incla-ere coepit, cum *de vetere Litteratura Hunno-Scythi-Exercitationem* ederet *Lipſiae.*, 4. Quam laudabili-porro de Hungaria vetere, media, & nova meruе-, non opus eſt ſcriptorum eius argumentis ſe-idum alios comprobare. Eius certe *Apparatu ad oriam Hungariae*, *Presburgi*, 1735, 1736. fol. tri-Tomis, & *Notitia Hungariae novae hiſtorico-geo-phica*, *Viennae* 1735. 1736. 1738. fol. tribus licibus, nihil eo in genere locupletius, & accu-lus.

Nat. 1684 =⊖. 1749.

id. *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 545.=547. — *al. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1073 — *gium Matthiae Belii auctore Chriſtiano Adolpho ebſtio*, in *Actis Societatis Latinae Jenenſis*, Vol. n. III. p. p. 301.=310. — *Bod Péter Magyar henas.* p. 34. 35. — omnium copioſiſſime de eo *xius Horanyi*, in *Memoria Hungarorum & Provin-lium*, Tom. I. p. 167 =271.

1718 | *Magnus* CRVSIVS, Slesvicenſis, Theo-

Principibus.

Carolo VI. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.

logus, & Historicus Academiae Göttingensis, Ephorus Harburgensis, hoc anno *Vitam & Petri Axenii, ICti, & Polybistoris Cimbrici,* laudavit, *Kilonii.* 4. Quibus porro scripti pariter atque eruditi Theologi laudem sibi verit, malo apud Auctorem Supplementor storiae literariae (*Beytraege zur Histoire der beit*) P. II. p. 76=106. quam apud me, Nat. 1697=Θ. 1751.

vid, *Stolle* ad *Heumannum*, p. 595. — *Carp. Bunav.* p. 1185. vbi addatur: *Nova Europa* Part. V. p. 239. — *Pütters Versuch einer A schen Gelehrten Geschichte von der Georg-A Vniversitaet zu Göttingen. Göttingen*, 176 23. f.

| 1718. | *Christianus* FALSTERVS, Ph scholae Flensburgensis, vti superiori iam an *plementum Lingvae Latinae, sive Observat Lexicon Fabro-Cellarianum &c. adiectis Notis & praefatione Severini Lintrupii, Flensburg* 8. item *Animadversiones Epistolicas in tres p visas, quarum prima, selecta quaedam loca p nis Andr. Stubelii ad Fabri thesaurum exami cunda, Mantissae Stubelianae thesauro subie nifestissimum plagium coarguit; tertia, suppl secundum exhibet, & observationes nonnullas, Stubelius praetermisit*, 1717. 8. prodire iussit; potissimum anno *Quaestiones Romanas, sive Historiae literariae Romanorum* cum *Memoriis clarissimorum quorumdam ingeniorum & monum apud veteres Romanos* foras dedit, itidem *R gi*, 1718. 8. Non dissimiles eius ingenii ve tus sunt hi: *Cogitationes variae Philologicae, D* 1719. 8. *Sermo Panegyricus de variarum gen bliothecis Scholasticis.* ibidem, 1720. 8. *Vi*

ma *Noctium Ripenſium*, *ſive Specimen Annotationum in A. Gellium cum Specimine Lexici Gelliani*, *Hafniae*, 1721. 8. *Amoenitates Philologicae*, *ſive Diſcurſus varii*, *Amſtelaedami*, 1729.=1732. 8. tribus Tomis. & *Juvenalis Satira XIV. quam cum Interpretatione*, *Annotatiunculis*, *& verſione Danica ligata* edidit *Hafniae*. 1731. 4.

vid. *Heumanni Via ad Hiſtor. Literar.* c. IV. §. XIII. XIV. (a) p. 82. 83. — *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 513. 514.

| 1718. | *Philippus Fridericus* HANIVS, Belitio-Guſtrovienſis Megalopolitanus, Theologus, et Hiſtoricus Academiae Kilonienſis, hoc anno *Diſſertatione* ſingulari *Methodum ſtudii philoſophici facilem omnibus atque planam propoſuit*, *Jenae*. 4. mox vitam & res geſtas Ignatii Loiolae, (*Leben und Thaten Ignatii Loiolae*, *berühmten Stifters des Jeſuiten Ordens*) *Roſtochii*, & *Neo-Brandenburgi*, 1721. 8. expoſuit. alias praeterea disputationes Hiſtoriae literariae & Chriſtianae profuturas reliquit, tanqvam *Commentationem Academicam de Ingeniis gentium borealium philoſophicis*, *Roſtochii*, *& Lipſiae*, 1724. 4. *Memoriam Mercurini Arborei de Gattinara Imperatori Carolo V. a literis & conſiliis ſanctioribus*, *Kilonii*, 1728. 4. *Hiſtoriam Sacrorum a B. Luthero emendatorum a ſuis initiis ad religioſae profanaeque pacificationis Auguſtanae aevum deducta*, *Lipſiae*, 1729 4. *Diſſertationem de Phil. Melanchthonis moderatione in Auguſtanae Confeſſionis negotio conſpicua*, *Kiliae*, 1730. 4. & *Hiſtoriam Criticam Auguſtanae Confeſſionis*. *Hamburgi* 1732. 4.

Nat. 1696.=†. 1774.

vid. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 668.=672. — *Hambergers Gelehrtes Deutſchland*. *Part*. I. p. 140. 161. 262. ed. prior.

Principibus.

Carolo IV. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.

| 1718. | *Christianus Godofredus* HOFFMAN Laubano Lusatus, ICtus, Historicus, & P gus Academiae Viadro Francofurthanae. cu celebritatis eius annum ideo potissimum ass quod literarum studiosos tunc *Historia Iuris J. Justiniani*, *Lipsiae*, 1718. 4. additoque no post *Volumine Secundo*, itidem *Lipsiae* 1726. hilaravit. Alios eius labores & merita seu civili, & publico Germaniae, seu de histori aevi, literariave, pluribus laudare posse *Goettenus* ab Auctore *Catalogi Bunaviani* in mihi otium hac in re feciſſet. Id solum ad hi liceat, *Commentationem* eius *Iuris Canonici meteriis ex orbibus tollendis*, Celeberr. Iuris cessorem *Io. Lud. Vhlium* meo rogatu iterum describi iussisse, *Francofurti ad Viadrum*, 1

Nat. 1692 =Θ. 1735.

vid. *Io. Fabricii Historia Bibliothecae*, Part 473. 475 =477. — *G. Stolle* ad *Heumann* 442. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dic re.* Tom. II. voc (Chretien Godefroi) *H.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1324.

| 1718. | *Johannes Godofredus* LAKEM RVS, Ottervico - Halberstadiensis, Phi Graecus, & Ebraeus Academiae Helmstad hoc anno *Elementa Linguae Arabicae* concin *Helmstadii*, 1718. 4. reliquarum disputationu servationumque eius censu lubens abstine abunde iam satisfecerunt alii. Maximam ip dem peperit *Observationum Philologicarum P* X. *Helmstadii*, 1725 =1733. 8. & *Anti Graecorum sacris*, *Helmstadii*, 1734. 8.

Nat. 1695. =Θ. 1736.

vid. *Memoria Johannis Gothofredi Lakema*

Programmate Academiae Juliae, Helmſtadii 1736. *deſumta* in *Samuel. Murſinnae Biographia Selecta, Halae Magdeb.* 1782. 8. Vol. I. p. 197.=208. — *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 719. — *Catal. Biblioth. Bunav.* Tom. I. Vol. II p. 1373. — *Theoph. Chriſtoph. Harleſius, de vitis Philologorum noſtra aetate Clariſſimorum*, Vol. IV. p. 1.=31.

| 1718. | *Daniel* MAICHELIVS, Stutgardienſis, Theologus, Philoſophus, & Bibliographus Academiae Tubingenſis, hoc anno *Diſſertationem J. A. Turretini contra C. M. Pfaffium de quaeſtione: an contradictoria credi poſſint in doctrina de reali praeſentia corporis & ſanguinis Chriſti in ſacra coena*, ſub examen vocavit *Tubingae*, 1718. 4. praeterea non minoris momenti libros & disputationes publice legendas propoſuit, veluti *Introductionem ad Hiſtoriam literariam de praecipuis Bibliothecis Pariſienſibus* &c. *iuxta exemplar excuſum Cantabrigiae, Lipſiae*, 1721. 8. *Lucubrationes Lambetanas, queis ſiſtuntur Monumenta literaria hiſtorico-theologico-dogmatica ex inſtructiſſima Bibliotheca Archiepiscopi Cantuarienſis Gul. Wakii, collecta, atque obſervationibus locupletata, Tubingae*, 1729. 8. *Diſſertationem de ingenio Gallorum*, ibidem, 1736. 4. item *Diſſertationem de corruptione mentis per ſtudiorum culturam.* ibidem. 1738. 4.

Nat. 1693.=Θ 1752.

vid. *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 743. ſ. — *Aug. Frid. Bök, Hiſtor. Acad. Tubingenſis.* § 75. p. 172. 173.

| 1718. | *David* MLLIVS, Regiomontano-Boruſſus, Theologus, & Philologus Ebraeus Academiae noſtrae Rheno-Traiectinae, hoc ipſo anno Orationem aditialem habuit *de Mohamedanismo, e veterum*

SAEC. XVIII. | AER. CHR | PARS SEXTA.

Principibus. Carolo VI. Josephi Fratre 1711. = 1740.

Hebraeorum scriptis magna ex parte composito. V
iecti. 4. Non commemorabo eius *Dissertation*
lectas, *Vltraiecti*, 1734. 8. aut *Catalecta Rabbi*
Trai. ad Rh. 1728. 8. aut *Miscellanea Sacra*,
stelaedami, 1754. 4. Scripta eius omnia petant
Strodtmanno l. mox laudando.

Nat. 1692. = ⊖. 1756.

vid. *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 518. & 76
Series Professorum Drackenborchiana, n. LXI
Joh. Christoph. Strodtmannus, in *Nova erudita Ex*
Part. VII. p. 555 = 563. & Part. IX. p.
247.

| 1718. | *Johannes Iacobus* MOSERVS, 2
gardiensis, ICtus, Historicus, & Prudentiae
lis Scriptor, mox Tubingensis, mox Viadro-F
cofurtanae Academiae, hoc anno *Decadem* l. P
rum Professorum Tubingensium ordinis Theologici
praefatione Christoph. Matth. Pfaffii, *Tubingae*
emisit. postea singulis paene annis varii genera
bros & libellos maximam partem theotisco serm
scriptos vulgavit, quos omnes recensere nec
tutum meum, nec stomachus patitur. Sunt tu
in promtu, a quibus cunctos accipere possis.

Nat. 1701. = ⊖.

vid. *G. Stolle* ad *Heumannum*, 767 = 769
Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. II, p. 1455
Hambergers Gelehrte Teutschlamd, voc. (Johan Jak
Moser, p. 753. = 766. & *Meusels Nachtrag*, ead
p. 334. = 336. ed. tertiae.

| 1718. | *Christianus Eberhardus* WEISSMA
NVS, Hirschavia-Wurtenbergicus, Theologus
Historicus Academiae Tubingensis, eo & pro
anno *Introductionem in memorabilia ecclesiastica* E

riae *Sacrae Novi Teſtamenti maxime vero Seculorum primorum & noviſſimorum* &c. elaboravit *Stutgardiae*, 1718. & 1719. 4. duobus codicibus, quae typis recuſa eſt *Halae Magdeburgicae*, 1745. 4. Laudatur quoque eius *Hiſtoria vitae & Controverſiarum Victorini Strigelii*, Tubingae, 1732. 4.

Nat. 1677.=Θ. 1747.

vid. *Io. Alb. Fabricius* VI. *Bibl. Graec.* c. 4. p. 186. Vol. XII. — *C. A. Heumannus*, in *Conſpect. Hiſt. Lit.* c. IV. §. XVII. p. 90. — *Stolle* ad *Heumannum*, p. 102. & 421. 422. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1693. 1694. — *Io. Matthi. Gesnerus*, ad *Iſagogen*, §. 569. p. 458. & ad §. 589. p. 481. Tom. I.

| 1718. | *Petrus*, *Gerardi* F. HORREVS, Friſius, Homileta, & Philologus Worcumenſis, hoc anno *Aeſchinis Socratici Dialogos graece recenſuit, latine vertit, & animadverſionibus ſuis auxit, Leovardiae.* 8. Notae ſunt quoque eiusdem *Obſervationes criticae in Scriptores quosdam Graecos hiſtoricos, Herodotum, Thucydidem, Xenophontem, & Arrianum, Leovardiae, & Harlingae*, 1736. 8. & *Miſcellaneorum Criticorum Libri II. quorum alter ex variis, Graecis, Latinis, varia ſacrorum, exterorum, Scriptorum complectitur: alter vocabuli* Φατνη *orginem, uſum, apud ſeniores, & reliquos, ubi loci plures &c. illuſtrantur*, ibidem. 1738. 8.

Nat. 1695.=Θ. 1772.

vid. *Neue Gelehrte Europa*, Part. XX. p. 1209. =1212.

| 1719. | *Joſephus Simon* ASSEMANNVS, gente Syrus, Archiepiscopus Tyrius, Theologus, Praefectus Bibliothecae Vaticanae, & Bibliographus, hoc anno

Principibus.

Carolo VI. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.

anno coepit *Bibliothecam Orientalem Clementinam Vaticanam, Romae* aperire, quam postea stilo pertus absolvit quatuor Tomis, 1719. 1721. 1725 1728. fol. Eiusdem labori & studio debentu *Ephraem, Syri, Opera omnia, quae extant, Gra Syriace, & Latine, in sex Tomos distributa, ad M Codices Vaticanos, aliosque castigata, multis a nova interpretatione, praefationibus, notis, varia lectionibus illustrata, Romae,* 1732. = 1746. fol codicibus. item *de Sanctis Ferentinis in Tuscia, nifacio ac Redempto Episcopis: deque Presbytero martyre Eutychio, de quibus S. Gregorius Papa in bro Dialogorum scribit, Dissertatio, Romae,* 174 & *Kalendaria Ecclesiae universae, notis & dissertionibus illustrata, Romae,* 1756. 4. VI. codicib

Nat. 1687. circiter = ⊖. 1768.

vid. *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 535. *Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1045. — *Bi stählS Reizen*, Part. II. p. 50.

| 1719. | *Johannes Antonius* VRSATVS, *Gian Antonio Orsato, Sertorii,* (de quo IV. 35 nepos, Monachus ordinis Benedictini Casinen Archaeologus, in avi sui *Marmora erudita* anim versiones scripsit hoc anno, *Patavii*, 4. mai tas. ⊖. 1743.

| 1719. | *Johannes Nicolaus, Alexandri* Fil. M ROCORDATVS, *de Scarlati*, Princeps Mo *viae* primum, dein *Vallachiae*, eruditus, & Phil phus, hoc anno περὶ τῶν Καθηκόντων βίβλον gr edidit ἐν Βυκουρεστίῳ, 4. quem librum, non multo latine versum, typis repetendum curavit *Step Bergleras*, Lipsiae, 1722. 4. (vid. omnino *Jo rici Bibliotheca vetus & nova*, Tom. XIV. p. Tom. XV. p. 84. & Tom. XVII. p. 404.)

Digitized by Google

quot etiam *eruditionis Specimina, ex MSptis Joannis Nicolai Maurocordati Principis Vallachiae depromta, Graece habuit Bibliotheca Menckeniana.* p. 857.

Pulchra eius imago ante editionem *Lipsiensem* de Officiis.

De *Alexandro* patre eius, ortu Chio, et A. 1709. mortuo vid. *Demetrius Procopius de Eruditis Graecis* §. XIV. p. 774 =776. apud *Fabricium Biblioth. Graec.* Vol. XI. & *Nicol. Comnenus Papadopoli* in *Historia Gymnasii Patavini*, Tom. II. L. II. c. 54. p. 309. 310. De hoc vero *Johanne Nicolao* idem *Procopius*, §. 69. p. 793 =795. *Bibl. Gr. Fabricii.* — *Papadopoli*, l. l. p. 510. & *Io. Fabricii Historia Bibliothecae*, Part. VI. p. 14. 15. Huius quoque nomini *Volumen* suum XI. Bibliothecae Graecae inscripsit *Ioh. Albertus Fabricius.*

| 1719. | *Jacobus* ECHARDVS, Rothomagensis, Sacerdos Dominicanus, & Historicus, hoc anno *Jacobi Qvetif Scriptores ordinis Praedicatorum* &c. praemissa *in Prolegomenis Notitia ordinis ab initio ad An. MD. absolvit Lutetiae Parisiorum*, 1719. & 1721. fol. duobus Tomis.

Nat. 1644 =Θ. 1724.

vid. *Stolle* ad *Heumannum.* p 610. 611. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. I. p. 617.

| 1719. | *Michaël Arnoldus* RACINE, *Johannis* Fil. Parisiensis, Poëta, & ab hoc anno Philologus Academiae bonarum artium. cuius hae sunt Diatribae: *Dissertation sur l'utilité de l'imitation & sur la maniere dont on doit imiter.* A. 1720. *Memor. Acad. Inscr.* Tom. VIII. p. 368. =387. *Causes du progrès & de la decadence des Lettres* A. 1721. *Hist. Acad. Reg. Inscript.* Tom. III. p. 489 =497. *Sur l'Essence de la Poësie* A. 1722. *Memor. Acad. Inscr.*

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus. Carolo VI. *Joſephi* Fratre	1711. = 1740.	Tom. VIII. p. 387.=418. *Comparaiſon de l'* *d'Euripide avec l'Iphigenie de Racine, ſon pere,* *Memor. Ac. Inſcript* Tom. XV. p. 447=46 *raiſon de l'Hipolyte d'Euripide avec la Trag* *cine ſur le même Sujet.* A. 1728. (ibidem =487.) *Reflexions ſur l'Andromaque d'Eur* *ſur l'Andromaque de Racine.* A. 1732. ibide XIV. p. 490.=508. *Des Poëmes Dida* 1735. *Hiſtor. Acad.* Tom. VI. p. 192—2 *cours ſur l'imitation des Moeurs dans la Poëſie,* *Memor.* Tom. XX. p. 1=37. ed. Amſtel. Nat. 1692 =Θ. 1763. vid. *Eloge de Mſr. Racine*, in *Hiſtor. Ac* *Inſcript.* XXXI. p. 358=367. ed. *Pariſ.*
		| 1719. | *Bernardus Sigefridus* ALBINV *nardi*, Medici primo Francofurtanae, tun ſis Academiae, Filius, ortu & natalibus Francofurtanus, poſtea ab hoc anno Me Anatomicus eiusdem Academiae Leidenſis, oratione, *de Anatome comparata*, *Lugd. Ba* 4. Quid porro ſcripſerit, & quot millia fl Batavorum impenderit tabulis Anatomicis endis, aliunde ſatis ſuperque cognoscetur. Nat. 1697 =Θ. 1770. vid. *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 530. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom I. Vol. II. p. 1 *Hambergers Gelehrtes Teutſchland.* Sect. I. ed. primie. — *A. Haller Bibliotheca Anat* Tom. II. L. IX. §. 874. p. 126.=130.
		| 1719. | *Sigismundus Jacobus* APINVS, phus, & Philologus primum Norimbergenſis de Scholae Brunovicenſis, ante qvadriennium dem iam *Jo. Jac. Grynaei Epiſtolas familiar* *vita Auctoris variisque ſcholiis* edens *Francof*

Lipſiae, 1715. 8. bonam de ſe exiſtimationem commovit, hoc tamen anno magis inclarescere coepit, cum non modo *Diſſertationem* ſuam antea in *Miscellaneis Lipſienſibus*, Tom. VI. & VII. vulgatam *de Loricis linteis veterum, notis & figuris aeneis* augeret *Altorfi*, 1719. 4. ſed etiam *Diſſertationem de ingeniorum tardiorum felicitate in docendo*, ibidem eod. Anno, 4. aliumque libellum emitteret, cui titulus: *Gedanken, wie man Diſſertationes Academicas ſammlen ſoll, Nürnberg.* 1719. 4. Neque diſſimilem laudis viam ceteris ſuis, quae poſtea in lucem protulit, ſcriptis tenuit, veluti *Vitis*, & imaginibus *Procancellariorum Academiae Altorfinae, Norimbergae*, 1721. 4. *Schediasmate de nimio eoque noxio Hiſtoriae literariae ſtudio.* ibidem 1722. 4. *Diſſertatione Epiſtolica de quibusdam nondum editis Epiſtolis Ioachimi Camerarii, Norimbergae*, & *Altdorfi*, 1724. 4. *Lexico Grammatico* (*Grammaticaliſchen Lexico*) in cuius limine reperitur *Epiſtola Io. Matthi. Geſneri de vi conſuetudinis ac Saeculi in ſtudiis literarum, Norimbergae*, 1727. 8. mai. *Vitis Profeſſorum Philoſophiae, qui a condita Academia Altorfina ad hunc vsque diem claruerunt. adiectae ſunt ſingulorum effigies, Norimbergae*, & *Altdorfi*, 1728. 4. *Oratione de aedificiorum ſacrorum, quae vulgus Coenobia vocat, in ſcholas publicas mutatione, Brunsvigae* 1730. 4. & *Diſſertatione de variis discendi methodis, memoriae cauſa inventis, earumque vſu & abuſu recognita & aucta*, ibidem. 1731. 8.

Nat. 1693 =☉ 1732 circiter.

Icon eius ante *Lexicon Grammaticum.*

vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1030.

| 1719. | *Johannes Albertus* BENGELius, Winnendenſis primum Denckendorfi in Coenobio ducatus

SAEC. XVIII. | AER. CHR | PARS SEXTA.

Principibus.

Carolo VI. Josephi Fratre 1711. = 1740.

catus Würtenbergici Hypodidasculus, tun
positus Herbrechtingensis, & tandem Alpir
sis Theologus, & Philologus, hoc iam a
ceronis Epistolas ad *Diversos*, *singulari*, vt ai
cius I. *Bibl. Lat.* c. 8. p. 126. Tom. II. *stu*
fuit, *illustravitque*, *Stutgardiae* 1719. 8. qu
tionem etsi Cl. *Io. Aug. Ernesti* paene in pu
habeat, saltem non commemorandam putet,
dem locum *Fabricii Bibliothecae*, edit. Lip
Tom. I. p. 174. tamen *Gottl. Cortius* in Pra
suae Epistolarum Ciceronis editionis non dil
opportunam sibi visam esse *operam Io. Alberti B*
qua saepe in optimam viam quasi manu perductu
Deinceps se totum dedidit recognoscendis *N*
amenti libris divinis, de quorum multiplici ei
non repetam, quae supra, Part. I. p 223. s
commemorare memini. Id praeterire non
superstitem eius filium Ecclesiae Cathedralis
gensis Diaconum, singulari libello patris fa
cias adversus censuras Clar. *Ernestii* egisse,
Bengels Kurtze Beleuchtung derjenigen Errinn
welche in Hrn. D. I. A. Ernesti Theologische
thek I=X. gegen den seel. D. Bengel hin und
vorkommen. Leipzig, und Zwickau, 1781. 8.) tu
dem illustrasse *Gnomonem* patris, *Tubingae*,
& *Novum Testamentum Graecum tabula*, *cri*
gelianam exhibente, auxisse *Tubingae*, 1776. 8.

Nat. 1687. =Θ. 1752.

vid. *G. Stolle* ad *Heumannum*. p. 547.
Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. II. p. 1076.
tur *Beytraege zur Historie der Gelahrtheid*, P
p. 252.=255. — Vita eius in Proöemio *Gn*
curis h. Auctoris posterioribus aucti & emenda
bingae, 1773. 4. — Icon & vita in *Io.*
Schroekh Abbildungen, und Lebensbeschreibu
rühmter Gelehrten, Leipsig, 1766. Tom. III.

I. p. 87.=116. — de *Bengelii Novo Teſtamento I. A. Erneſti*, in *Interprete N. T.* Part. II. c. III. §. 12. p. 113. & c. VI. §. 36. p. 156. 157.

| 1719. | *Jacobus* BRVCKER*us*, Auguſtanus, Theologus, Hiſtoricus, Philoſophus & Biographus Kaufburanus, hoc iam anno *Tentamen introductionis in hiſtoriam doctrinae de Ideis, Jenae*, 4. evulgavit, quam ipſam *Hiſtoriam doctrinae* aliqvot annis poſt elegantiter & ſcite enarravit *Auguſtae vindelicorum*, 1723. 8. Qvanta vero deinceps ſolertia in omne genus *Hiſtoriae*, vel *philoſophicae*, vel *literariae*, incubuerit, non pauca eius ſcripta a *Goetteno* indicata demonſtrant, quibus Anno duntaxat 1735. recentiora hoc loco addere liceat. Sunt autem haec: *Neue Zuſaetze verſchiedener Vermehrungen*, &c. *zu den kurtzen Fragen aus der Philoſophiſchen Hiſtorie*, *Vlm.* 1737. 12. — *Hiſtoria Critica Philoſophiae a mundi incunabulis ad noſtram vsque aetatem deducta*, *Lipſiae*, 1741. ſeq 4. mai. Tomis quinque. recuſa ibidem 1767. 4. cui editioni ſecundae acceſſit *Tomus Sextus*, ſeu *Appendix* huius hiſtoriae. ſex codicibus. — *Pinacotheca Scriptorum noſtra aetate literis illuſtrium. Auguſtae Vindelicorum*, 1741.=1746 fol. I.=V. Decadibus. — *Ehren-Tempel der Deutſchen Gelehrſamkeit, in welchen die Bildniſſe gelehrter Männer unter den Deutſchen aus dem XV. XVI und XVII. Jahrhundert aufgeſtellet, und ihre Geſchichte &c. entworfen ſind. Augsburg.* 1747. 4. ibidem quinque Decadibus. — *Miscellanea Hiſtoriae philoſophicae literariae Criticae olim* (ſive in Schelhornii Amoenitatibus literariis, ſive Miſcellaneis Lipſienſibus, ſive alicubi) *ſparſim edita, nunc vno fasce collecta, multisque acceſſionibus aucta, Auguſtae Vindelicorum* 1748. 8. mai. item *Erſte Anfangsgründe der Philoſophiſchen*

SAEC. XVIII. | AER. CHR. PARS SEXTA.

Principibus. — *Carolo* VI. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.

Geschichte, als ein Auszug seiner gröſſern Werke. te Ausgabe. Vlm. 1751. 8.

Nat. 1696. = ☉. 1770.

vid. *Heumanni Conspect. Hist. Liter.* c. XXII. p. 274. — *G. Stolle* ad *Heumannum* p. 570. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. IIII. — *Hambergers Gelehrte Teutchland*, p. 44. Part. III. p. 614. ed. prior. — De ei *storiae Philosophicae* Methodo erothematica, & *neriana*, *Io. Matthi. Gesnerus*, ad *Isagogen*, p. 459. Tom. I.

| 1719. | *Iohannes Christophorus* HARENBERG Langenholza-Alfeldus, Theologus, Historicus Philologus mox Gandersheimensis, mox Brun censis collegii Carolini, hoc anno edidit *K Einleintung in die Aethiopische, sonderlich Abissi alte und neue Theologie, Helmstaedt*, 1719. 4. praeter varias Observationes, in *Bibliotheca Brem* in *Thesauro novo theologico philologico Hasaei &* nii, in *Miscellaneis Berolinensibus, Lipsiensibus* vis, & alicubi obvias, clarus inprimis fuit *H* ria *Ecclesiae Gandersbemensis, Hanoverae*, fol. *Otiis Gandersbemensibus Sacris exponendis* literis & *historiae Ecclesiasticis dicatis, Trai. ad R* 1739. 4. & *Christoph. Schraderi Tabulis Chron* cis ab ipso *emendatis*, & *auctis, Brunsvici*, 176

Nat. 1696. = ☉. 1774.

vid. *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p addantur *Strodtmanni Beytraege*, Part. V. p. 23 253. — *Hambergers Gelehrte Teutschland*, Part. 142. f. 264. 265. *Meusels erster Nachtrag* 97. f.

| 1719. | *Christianus Polycarpus* LEPORIN

Biographus Quedlinburgenſis, cuius ſunt: *Leben der Gelehrten ſo in Deutſchland von Anfang des* 1719. *Jahres dieſes Zeitliche geſegnet. Quedlinburgi*, 1719. =1721. 8. octo Partibus. eumdemque auctorem habent aliae aliorum Vitae & Memoriae, tamqvam *Guilielmi Fabricii von Hilden*, *Quedlinburgi*, 1722. 4. *Ietzlebendes Gelehrtes Deutſchland*, *Quedlinburgi*, & *Aſcherslebiae*, 1723. 8. Memoria *Laurentii Heiſteri*, *Qvedlinburgi*, 1725. 4. *Ioh. Chriſtoph. Wolfii*, *Medici*, & *Conſulis Qvedlinburgenſis*, *Lipſiae*, & *Qvedlinburgi*, 1725. 8. & vita *Chriſto. Matthi Pfaffii*, *Lipſiae*, & *Aſcherslebiae*, 1726. 8. omnes vernacula dialecto ſcriptae.

vid. *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 729. & 1007.

| 1719. | *Fridericus* ROTH-SCHOLTZIVS, Herrenſtadienſis Sileſius, Hiſtoricus, Biographus, & Bibliographus Norimbergenſis, hoc anno *Vitam & Conſignationem Scriptorum Iohannis Chriſtoph. Wagenſeilii* publice cognoscendam praebuit *Norimbergae*, & *Altdorfi*, 4. deinde homines eruditos, eorumque imagines in vitam velut redire iuſſit maioribus, & huius formulae libris: *Iconibus eruditorum Academiae Altdorfinae Norimbergae*, 1723. fol. *Iconibus Conſiliariorum de republica Norimbergenſi optime meritorum. Norimbergae*, 1723. fol. *Iac. Verheidenii Imaginum & Elogiorum Theologorum* repetita editione, *Hagae Comitum*, 1725. fol. *Beytrag zur Hiſtorie derer Gelehrten. Nürnberg, und Altdorf.* 1725. 1726. 8. tribus Partibus. *Iconibus Bibliopolarum & Typographorum*, ibidem, 1726. fol. *Iconibus virorum omnium ordinum &c. de republica Litteraria .... optime meritorum.* ibidem 1728. Qvinque Partibus. *Theſauro Symbolorum ac Emblematum*, id eſt, *Inſignibus Bibliopolarum & Typographorum.* ibidem. 1730. fol. nec non *Veterum So-*

SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEXTA.

Principibus. — *Carolo* IV. *Joſephi* Fratre 1711. = 1740.

Sophorum Sigillis & imaginibus Magicis, Ha dii, 1732. 8.

Nat. 1687.=Θ. 1736.

| 1719. | *Abrahamus* WIELINGIVS, Han Weſtphalus, ICtus, & Philologus primum S Amſtelaedamenſis, mox Franeqveranae, & t ab A. 1739. Rheno-Traiectinae Academiae anno *De furto per lancem & licium concepto ben*, *Marburgi in Cattis*. 1719. 8. editam, ſi Quibus vero deinceps libris, Orationibus, & tationibus Academicis famam & laudem ICt babiliter eruditi, tuitus ſit, ſecundum alios care ſupervacaneum exiſtimo.

Nat. 1693.=Θ. 1746.

vid. *Emon. Lucii Vriemoct Athenae Friſiacae* CIX. p. 814.=818. — *Paqvot Mémoires*, To p. 286.=290. — *Io. Frid. Juglers Beytrage Juriſtiſchen Biographie*, Tom. VI. Part. I. n. p. 195.=212.

| 1719. | *Nicolaus Franciscus* HAYMius, I nus, Archaeologus numarius Londinenſis, h proximo anno *Theſauri Britannici* ſive Muſei B rii Partem Primam, & Secundam, etruſco ſe deſcripſit, *Del Teſoro Britannico Parte prima o Muſeo Nummario ove ſi contengono le Medaglie e Latine in ogni metallo e forma* &c. Volume P in Londra, 1719. Volume Secondo, 1720. vid. *Act. Lipſienſ.* 1722. *Febr.* p. 49. & menſe p. 340. Id ipſum vero Muſeum haud ita p latine interpretatus eſt *Aloyſius Comes Chri Vindobonae* 1762. 4. (vid. *Act. Erudit. Lipſ.* Jul. p. 328.=344.) Eiusdem eſt *Notizia de' rari nella lingua Italiana* &c. *in Londra.* 17

maior. liber ter quaterue in Italia typis repetitus, *Venetiis*, 1728. 4. 1736. 4. 1741. 4. & Mediolani, 1771. 1773. 8. duobus codicibus. de quibus novissimis editionibus operae pretium est legere Catalogum Bibliothecae nobilissimi *P. A. Crevennae*, Part. V. p. 292. 293.

| 1719. | *Conyers* MIDDLETON*us*, Theologus, Philologus, & Archaeologus; item Proto-Bibliothecarius Academiae Cantabrigiensis, vir *Richardi Bentleii* non admodum studiosus, hoc saltem anno Actionem Bentleianam descripsit, *A full and impartial Account of all the late Proceedings in the Vniversity of Cambridge against Dr. Bentley.* Postea multis variique argumenti, mox Theologici, mox Philosophici, mox Archaeologici, & Biographici argumenti libris tabernas ditavit, quos hic secundum *Ernest. Ludov. Rathlefium*, *Christ. Ernest. Windhemium*, *Erlangensem*, & alios enumerare non est necesse. Neque repetere licet, quae supra ad *Ciceronem*, P. I. p. 156. & 159. attigi.

Nat. 1683 =Θ. 1750.

vid. *Catalog. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1443. addanturque Supplementa in *Io. Christo. Strodtmanni Neuen Gelehrten Europa*, Part. V. p. 231.=238.

| 1719. | *Abrahamus* GRONOVIUS, *Iacobi* Fil. & *Iacobi* vicissim, optimi iuvenis, sed immature mortui, (cuius fuit *Dissertatio ad quatuor Fragmenta, quae ex Aelii Marciani primo Regularum libro in Pandectis supersunt*, *Lugd. Batav.* 1759. 4.) Pater, Leidensis, Bibliothecae Academicae Praefectus, & Philologus, hoc anno *Iustini Historias Philippicas cum integris Commentariis virorum doctorum & excerptis aliorum curavit Lugduni Batavorum*, 8. editione quo-

Principibus. — *Carolo* IV. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.

que secunda expolitas, ibidem, 1760. 8. codicibus. porro eius industriae debentur *ponii Melae de situ orbis Libri III. cum notis virorum doctorum*, tamqvam *Isaaci Vossii*, & *novii*, *Lugd. Batavorum*, 1722. 8. & ex altera, ibidem 1748. 8. mai. *Claudii varia Historia Graece & latine cum notis inte neri*, *Schefferi*, *Fabri*, *Kuhnii*, *Perizonii*, us *A. Gronovii*, *Lugd. Bat.* &c. 1731. 4. codicibus. — *Varia Geographica: Iob. Gronovii dissertatio de Gothorum sede originaria lus provinciarum Romanarum cum notis And. & Laur. Theodori Gronovii*: it. *Io. Casp. Hag Exercitatio de Osismiis. Lugdun. Batav.* 1739 *Pomponii Melae de Situ orbis Libri III. ad exemplarium fidem castigati*, *Lugd. Bat.* 17 — *Aeliani de Natura Animalium Libri XVII. & latine cum animadversionibus Conradi Dan. Wilhelmi Trilleri*, *& Abrab. Gron dini*, 1744. 4. duobus codicibus.

Θ. 1775.

vid. Praefatiuncula ad *Bibliothecae Gr Partem reliquam & praestantissimam*, *L. B* 8. — Ceterum invidiosa est Gronoviorum contentio *C. A. Heumanni* in *Conspect. Hi* VII. §. XX. p. 449. — Epistola *Abrab. Gr* I. L. V. (*Jo. Lud. Vhlium*,) in *Sylloge N stolarum varii Argumenti*, *Volum.* I. *Norim* 1760. 8. p. 82.=84.

| 1720. | *Johannes* BIANCHI*us*, sive *Jan cus*, vel *Plancus*, tam varie enim scribitur, nensis, Medicus, Philologus, & Archaeol nensis, multorum scriptorum parens, cu paucae sunt de monumentis, & titulis lapid tustis disputationes, in Novis literariis Flo

AER CHR. PARS SEXTA.

Lamii, (*Nouelle Letterarie di Firenze*) ab A. 1743. vſque ad A. 1759. Hoc anno edidit *Lettera intorno alla Catteratta. in Rimino.* 4. Ceterum ne quid dicam de aliis, *Fabii Columnae*, *Lyncei*, φυτοβάσανον curavit, eiqne praemiſit *vitam Fabii Columnae & Lynceorum notitiam* cum *adnotationibus in* φυτοβασανον, *Florentiae*, 1744. 4.

Nat. 1693 ☌.

vid. *Jo. Maria Mazzuchelli Gli Scrittori d'Italia*, Vol. II. Part. II. voc. (Giovanni) *Bianchi.* p. 1137. ☌1148. — Cf. *A. F. Gorius* in Epiſtola ad *Hagenbuchium* in eius *Epiſtolis Epigraphicis.* p. 382. — *A. Haller Bibliothec. Botanica*, L. X. n. MCCCLXXXIX. p. 334. Tom. II.

| 1720. | *Marcus Antonius* BOLDETTI, Canonicus Romanus, & Archaeologus, Obſervationum in ſacra Coemeteria hoc anno editor, (*Oſſervazioni ſopra y Cimiteri de' Santi Martiri ed antichi Chriſtiani di Roma, aggiuntavi la ſerie di tutte qvelli* &c. *in Roma.* 1720. fol.) v. *Act. Erud. Lipſ.* 1722. *Novembr.* p. 513. cuius tamen in deſcribendis huiusmodi lapidum titulis neque maxima accuratio, neque in interpretandis ſumma ingenii felicitas fuit, exemplis *Corn. Val. Vonckii*, in *Obſervationibus Miſcellaneis*, c. 36. p. 133 ☌136. & *Petri Weſſelingii*, ad *Diodor. Sicul.* XX. 80. p. 463. (51.) & ad *Herodotum*, IX. 64. p. 722. (12.)

Nat. 1663 ☌. 1749.

vid. *Jo. Maria Mazzuchelli Gli Scrittori d'Italia*, Vol. II. Part. III. voc. (Marco Antonio) *Boldetti.* p. 1449 ☌1451.

| 1720. | *Paulus* GALEARDVS, vulgo: *Paolo Gagliardi*, Canonicus Brixianus, Hiſtoricus, & Archaeolo-

SAEC. XVIII.	AER. CHR	PARS SEXTA.
Principibus. — *Carolo* VI. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.		1726. 4. vbi nonnullorum veteris & recentior Scriptorum memoriam ſtilo ſuo recoluit, a aliorum vitis, tamquam *Bernardini Ramazzin Crescimbenii Vitis Arcadum illuſtrium*, *Romae*, 4. Part. VI. p. 77. *Galeatii Gualdi*, nobilis S XVII. Hiſtoriographi, in *Sylloge Opusculorum gerae*, Tom. I. p. 329=376. & Indice O *Io. Georg. Triſſini*, A. 1728. in eadem *Sylloge culorum*, Tom. III. p. 398.=442. ſibi quoq tae quaſi perpetuitatem confirmavit. Neque in um criticum ipſi defuiſſe, interpretatio loc *venalis* Sat. XIV. 96. vtcunque approbat, (*Di ſopra alcuni verſi di Giuvenale*) in eadem *Sylloge culorum*, Tom. III. p. 379.=397.
		Nat. 1671.=Θ. 1744. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1268.
	circa 1720.	*Petrus Franciscus Le* COVRAYER, thomagenſis, Theologus pontificius, Hiſtoricus primum Pariſienſis, bibliothecae q *S. Genofevae* Praefectus, deinde facta in Anglia gratione homo privatus apud Londinenſes. Pr ſcripta, quorum lis illa de legitima conſecra Episcoporum Anglicorum, (*Sur la validité des nations des Anglois*,) foecunda genitrix fuit, du tiſſimum libri famam eius nobilitarunt. Prio Hiſtoria Concilii Tridentini, (*Hiſtoire du Conc Trente par Fra Paolo Sarpi, & traduite de nou en François avec des Notes critiqves, hiſtoriqves Theologiqves, par Pierre François de Courayer, dres*, 1736. fol. duobus codicibus, & *Amſtelaed* 1751. 4. tribus codicibus. alter eſt, Interpre Francica Commentariorum *Sleidanianorum*, hoc tituli indice: *Hiſtoire de la Reformation, ou M*

res de Jean Sleidan sur l'état de la Religion, & de la Republiqve sous l'Empire de Charles V. traduits de nouveau en François par Pierre François Le Courayer, avec des Notes. à la Haye 1767. 4. tribus codicibus. Nat. 1681.=Θ.

vid. G. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 591. 937. 938. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1179. addantur Supplementa ad eius vitam in *Strodtmanni Nova erudita Europa*, Part. III. p. 612.=617.

| 1720. | *Michaël* FOVRMONT*ius*, *Stephani*, (de quo antea VI. p. 231.) frater natu minor, (vnde vulgo: *Mſr. Fourmont le cadet*,) e vico Herbelaio, Lutetiae Pariſiorum proximo, Abbas, hinc vulgo: *l'Abbé Fourmont*, Philologus Orientalis, Hiſtoricus, & Archaeologus Pariſienſis, hoc anno in Academia Pariſienſi cathedram literarum Syriacarum obtinuit: argumento *Elogii*, mox laudandi, p. 435. Primum circa A. 1722. cum fratre *Stephano* in literas *Sinenſium* cognoscendas incubuit, quarum Grammaticam & Lexicon moliebatur, (vid. *Hiſtor. Acad. Pariſ. Inſcript.* Tom. III. p. 472. 273. ed. Amſtel.) Mox in conſeſſu Academicorum recitavit Disputationem de origine & Antiqvitate Aethiopum, A. 1725. (*de l'origine & de l'Ancienneté des Ethiopiens dans l'Afriqve*,) in *Memoriis Academ.* Tom. VII. p. 497.=517. item aliam de vno duntaxat Mercurio, (*Diſſertation ou l'on montre, qv'il n'y a jamais eu qv'un Mercure*,) A. 1726. in iisdem *Memoriis Acad.* Tom. X. p. 1.=19. nec non rurſus aliam de vna duntaxat Venere, (*Diſſertationes ſur les Venus des Anciens, dans laqvelle on fait voir, qv'il n'y en a jamais, qu'une*,) ibidem p. 20.=50. Triennio poſt Anno circiter, 1729. cum Abbate *Sevinio* iuſſu regis Franciae mittebatur CPolin, ad Codices Graecos & orientales indagandos, ſi qui paſſim in Bibliothecarum

PARS

superessent, qua oppor
insulis citerioris Asiae.
Atticae, & Peloponnesi
trium millium titulorum
detexit, et asportavit in
ante eum nemo, neque *Wheler*
neque post eum *Pocockius*. Cuius
narrationem offert *Historia Acad*
Tom. IV. p. 538.=562. ed. Amst
edit. *Parisiensis*, hoc sub titulo
du Voyage Litteraire, que Mr. l'Ab
dans le Levant par ordre du Roi,
& 1730. Inde hunc tulit fruc
non modo, ni fallor, Histor
in Perside, (*Histoire d'une I*
se en *Perse dans le Sixieme Siecle*,) in *E*
Tom. IV. p. 508.=521. explica
duas exhiberet Diatribas,
bat: *Remarques sur trois Inscrip*
le Grece, in *Memoriis Ac. Inscript.* T
=419. ed. Paris. altera dabat: *Expli*
Inscriptions, qui ont été trouvé
Temple d'Apollon Amycléen, (scilicet Amyc
Laconici,) in *Historia Acad. Reg.* Tom.
=110. ed. *Paris.* Ceterum non infel
rum veterum interpretem fuisse alia dec
explicatio, *Sur une Inscription Grecque* e
a. 1733. *à Msgr. le Cardinal de Polignac*, i
Acad. Reg. Inscr. Tom. V. p. 262.=266. v
X. p. 167. ed. Paris.

Nat. 1690 =Θ. 1745.

vid. *Eloge de Msr. l'Abbé Fourmont*, par M
Hist. Acad. Reg. Inscript. Tom. XV
=446. edit. *Paris.*

| dren | Carolus Johannes Franciscus HENAL
1720. |

AER. CHR. PARS SEXTA.

(vulgo: HENAVLT.) Princeps Senatus Parisiensis, ICtus, & Historicus. Laudatur passim eius Epitome rerum Francicarum, (*Abregé nouvel Chronologique de l'Histoire de France, depuis Clovis, jusqu'à la mort de Louis XIV. par le President Henault,*) Paris. 1741. 8. & 1768. 4.

Nat. 1685 =⊙ 1771.

vid. *Eloge de Mr. le President Henault* in *Histor. Acad. Reg. Inscription.* Tom. XXXVIII. p. 235.=247.

| circa | *Franciscus Michaël* JANICONus, ortu Pari- | 1720. | siensis, habitatione Batavus, mox Rheno-Traiectinus, mox Roterodamensis, mox Amstelaedamensis, Historicus, cuius est Descriptio civitatis Batavae, *Etât present de la Republique des Provinces unies, à la Haye*, 1729. 8. duobus codicibus.

Nat. 1674 =⊙. 1730.

vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1348.

| 1720. | *Antonius Augustinus Bruzen de la* MARTINIERE, Dieppensis Normandus, Rhetor, Geographus, & Historicus, mox Megalopolitanus, mox Amstelaedamensis, tandem Haganus, hoc anno edidit *Nouveau Receuil des Epigrammatistes François, anciens, & modernes, contenant ce qv'il s'est fait de plus excellent dans le genre d'Epigramme de Madrigal, du Sonnet, du Rondeau, & de petits contes en vers. Avec la vie des Auteurs, des notes historiques, & critiques. Amsterdam*, 1720. 8. duobus codicibus. Paulo post non modo opera *Jo. Racinii* recensuit, vitamque eius addidit *Amstelaedami*, 1722. 12. etiam de Geographia bene merere coepit, cum con Geographicum & Criticum adornando, tionnaire Geographique & Critique, à la Ha-

SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEXTA.

Principibus. — *Carolo* IV. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.

ye, *Amsterdam*, *& Rotterdam*, 1726 = 1739. f cem codicibus, tum *Philippi Cluverii Introduc in Geographiam*, addita *Praefatione Historico-Cri Cluverii fatis & Scriptis* renovando Amstelaed 1729. 4. Ad haec *Richardi Simonis* Epistolas tas recognovit, novisque locupletavit, vna cu gio Historico *Rich. Simonis*, (*Lettres Choisie Simon*,) *Amstelaedami*, 1730. 8. quatuor co nec non Isagogen ad Historiam Asiae, Afric Americae, (*Introduction à l'Histoire de l'Asie, frique, & de l'Amerique*) elaboravit *Amstela* 1735. 8. Vitamque & res gestas Ludovici Regis Franciae exposuit. (*Histoire de la Vie Regne de Louis XIV. publiée par Mr. de la M re. La Haye.*) 1740. IX. codicibus, 4.

Nat. 1683. = ϑ. 1749.

vid. *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 750. — *Mémoires*, Tom. I. p. 236. = 247. — *Essai tique sur les écrits de Mr. Rollin: sur les Tra d'Herodote, & sur le Dictionaire Geographiqu tique de Mfr. Bruzen de Martiniere*, *Ams* 1740. 8.

| 1720. | *Jacobus* SAVRINus, Nemausen lo Francus, Theologus Calvinianus, Philo Philosophus, & Homileta disertissimus Ha ab hoc anno prodire iussit *Discours Historiqu tiques, Theologiques, & Moreaux sur les évene plus memorables du vieux & du nouveau Tes La Haye*, 1720 = 1730. quatuor codicibus, 8. Exercitationes deinceps septem aliis Partibus *Roqvesii*, & C. S. *Bellesobrii* fuerunt ampli ibidem, 1736 = 1739. 8. ita quidem vt tot Sylloge XI. codicibus absolveretur, & in theo sermonem converteretur, cum praefatione *B tenii*, *Rostochii*, 1745. = 1749. 4. quatuor co

Mox Orationes ſuas ſacras, (*Sermons ſur divers Textes de l'Ecriture Sainte*) typorum machinis deſcribere coepit *Hagae Comitum*, 1721. 8. quae ſenſim paulatimque ad eum excreverunt numerum, vt poſt eius mortem, *Hagae Comitum* 1749. decem Tomos. 8. implerent, praeter duos alios codices novarum Orationum, ad Hiſtoriam perpeſſionis Ieſu Chriſti ſpectantium, (*Nouveaux Sermons ſur l'hiſtoire de la Paſſion de nôtre Seigneur Jeſus Chriſt &c. par feu Mr. Jaqves Saurin. Roterodami*, 1745. 8. duobus codicibus. Sic etiam locos Theologicos in Epitomen redegit, (*Abregé de la Theologie, & de la Morale Chretienne en forme de Catechisme.*) *Amſtelaedami*, 1722. 8. nec non formam & conditionem civitatis Chriſtianae in Francia depinxit, (*L'Etât du Chriſtianisme en France, ou Lettres addreſſée aux Catholiqves Romains,*) *Hagae Comitum*, 1725. 8.

Nat. 1677. =Θ. 1730.

vid. *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 429. — *Mosheimii Hiſtor. Eccleſ. Saecul.* XVIII. §. XXV. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Jaqves) *Saurin*, Theologien & Predicateur. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1579.

| circa | 1720. | *Iohannes Chriſtianus* BVXBAVM, Merſeburgenſis Saxo, Medicus, & Botanicus inſignis, cuius multae extant disputationes in *Actis Petropolitanis.*

Nat. 1694. =Θ. 1736.

vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1125.

| 1720. | *Gottlieb* CORTIVS, (vernacula ſcriptura *Kortte*, argumento *Diſſertationum eius Criticarum*, ſubſcriptionisque conſtantis *adnotationum* eius ad *Ciceronis Epiſtolas.*) Beescovienſis Luſatiae inferi-

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.

Principibus.

Carolo VI. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.

rioris, ICtus, Philologus, & Criticus Ac
Lipsiensis, hoc anno *Dissertationem Criticam
Orthographiae Latinae, Lipsiae.* 4. defendit,
ximo anno, & biennio post, duas alias comi
iussit, *Lipsiae*, 1721 & 1722. 4. eas vero omn
niam rariores erant, recte fecit vir diligentiss
C. Harlesius, cum vna cum *Cellarii* & aliorum
graphia latina typis repetendas curaret *Alt*
1768. 8. Mox idem *Cortius* noster *Cellarian
stolarum Ciceronis ad Diversos* editionem
emendavit, suisque adnotationibus locup
Lipsiae, 1722. 8. Longe vero maius & pe
ingenii monumentum exegit *C. Crispi Sallus*
extant diligentissime recensendo, adnotation
perpetuis, quamquam interdum copiosioribu
opus erat, illustrando, *Lipsiae*, 1724. 4. v
Lipsiens. 1724. p. 241. & *Bibliotheque Anc
moderne*, Tom. XXIII. Part. I. p. 75. & *Io.
nestius* in *Bibl. Latinae Fabricii*, L. I. seq. c
244. Tom. I. nec multo dissimilem exhau
rem in *Lucani Pharsalia*, *eidemque adscripto
ad Pisonem*, ad plusquam sexaginta codicum
rum fidem recognoscendo, *& plurimis lo
dando. Lipsiae.* 1726. 8. Praeterea locum f
ICtos literatos aperuerat, editis *Vindiciis leg
IV. Dig. de Iure quod natura omnia animali
Lipsiae*, 1727. 4. atque se disceptatore
nem *Richeyum*, *Vindicias Praetoris Roman
ris honorarii*, *Lipsiae* 1730. 4. agere iuss
amnunc memini, narratum mihi saepius
ab amico fuisse, se scholis *Cortii*, *Heinecci
tiquitates* interpretantis, cum voluptate int
eumque virum doctum errores ab *Heineccio*
sos non raro, nec admodum leniter, notass
reprehensionis genus *Heineccium*, superstiten
& fama florentem *Halae*, non mediocriter

se dicitur. A qua aegritudine animi repetunt vulgo *Heineccii* censuram *Vindiciarum Praetoris Romani Cortianarum*, in *Historia Iuris*, §. LXX. ad quem locum vid. *Io. Dan. Ritterus.*

Nat. 1698.=⊖. immature obiit 1731.

vid. de eius *Lucano* & *Sallustio* iudicia *P. Burmanni* in Praefatione ad *Lucanum*, *. 3. & ** vbi *Godlieb Cortius praecocis* quidem *admodum frugis adolescens* vocatur, sed ab eo tamen in Lucano *emendationes plurimae & ineptae & incertae, immo ipsi legi metricae, accurate a Lucano servatae, adversantes, properanti manu effusae* dicuntur. Interim laudatus est & a *Franc. Oudendorpio* in Praefat. ad *Lucanum* ++ 3. 4. & *Arn. Drakenborchio*, in Praefat ad *Livium*. p. LXVII. Addatur *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 495.

| 1720. | *Jacobus* ELSNERVS, Saalfeldia Borussus, Theologus Calvinianus, & Philologus mox Lingensis, mox Berolinensis, hoc anno *Observationes* suas *sacras in Novi Foederis Libros* evulgare coepit, *Trai. ad Rhenum*, 8. addiditque aliquot annis post *Tomum* alterum, ibidem, 1728 8. typis excusum, qui ambo codices longe auctiores studio Cl. *J. F. Stoschii* prodierunt *Zwollae*, & *Traiecti Rhen.* 1767.= 1773. tribus codicibus, 4. (v. quae supra P. I. *Onom.* p. 227. 228. observavi) Interea non gravatus est aliquid temporis & criticae facultatis suae etiam in humanis Scriptoribus, priscisque titulorum monumentis collocare. Cui rei argumento est *Schediasma* eius *Criticum quo Auctores aliaque antiquitatis monumenta, Inscriptiones, item & Numismata emendantur, vindicantur, & exponuntur, Berolini*, 1744. 4.

Nat. 1692. =⊖. 1750.

vid. *Jo. Gottlob Elsneri Brevis & succincta Jacobi Elsneri Biographia*, in *Bibliothecae Bremensis Novae Classe* I. Fasciculo II. n. IV. p. 357. seq. aliique a

SAEC. XVIII. | AER CHR. | PARS SEXTA.

Principibus.

Carolo VI. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.

Cl. *Ferdinando Stoschio* laudati, in *Novae Europae ditae* Parte XVIII. p. 348. 349. — *G. Stolle* ad *mannum* p. 513.

| 1720. | *Johannes Nicolaus* FVNCCIVS, burgensis, Rhetor, Historicus, & Philologus demiae Rintelensis, hoc anno *De origine L Lingvae Tractatum Giessae*, & *de pueritia L Lingvae* disputationem, *Marburgi*, 4. in vulgu re iussit quo facto omnes deinceps latini scr velut aetates vsque ad decrepitam senectutem secutus est. Quam vtiliter vero, quibusue ann scriptis alia rerum & literarum argumenta t verit, abunde docebunt Scriptores, mox laud

Nat. 1693. = Θ. 1778.

vid. *Heumanni Conspect. Hist. Liter.* c. V. §. p. 249. (p) — *G. Stolle* ad *Heumannum.* p. 5 643. — Auctor *Supplementorum ad Historiam L riam* Beytraege zur Historie der Gelahrtheit, IV. p. 267. = 272. — *Georg. Christo. Hamb Gelehrte Teutschland*, voc. (Johann. Nico *Funck.* p 308. 309. ed. tertiae, & *Joh. Georg. M Nachtrag zu der dritten Ausgabe*, p. 149.

| 1720. | *Michaël Christophorus* HANOVIVS, go: *Hanov*,) Zamborsta-Pomeranus, Philosop & Philologus Gymnasii Gedanensis, eo anno men *dubiorum contra existentiam atque essentiam naturae motorum* instituit, *Lipsiae*, 4. dehinc m philosophici & physici argumenti libris, & lib vel theotisce, vel latine scriptis clarus fuit. M me memorabilis est eius *Philosophia civilis, sive P ca, tamquam continuatio Systematis Philosophici stiani Wolfii, Halae Magdeburgicae*, 1756 = 4. quatuor codicibus, item, *Philosophia Natu*

ſive Phyſica dogmatica, Halae Magdeburgicae, 1762. =1768. 4. quatuor codicibus. *Opuscula* eius iunctim edidit *Ioh. Dan. Titius*, ibidem, 1761. 1762. 4.

Nat. 1695 =8. 1773.

vid. *Correspondance des Savans*, 1743. Sept p. 1055. =1067. & p. 1071. =1082. — *Iob. Chriſtoph. Strodtmannus* in *Supplementis*, (*Beytraege zur Hiſtorie der Gelahrtheit*,) Part. V. p. 1 =38. & *Novae eruditae Europae*, (*Des Neuen Gelehrten Europa*) Parte IV. p. 1108 =1142. — *Hambergers Gelehrtes Teutſchland*, Part. I. p. 141. f. ed. prior. — *A. Haller Bibliotheca Botanica*, L. X. n. 1292. p. 285. 286. Tom. II. — *Iob. Dan. Titii Laudatio Michaëlis Chriſtophori Hanovii, Profeſſoris Philoſophiae in Gymnaſio Gedanenſi, cum vita illius*, auctore *Gottlieb Wernsdorfio, Witebergae*, 1777. 4.

| circa | 1720. | *Iohannes Matthias* HASIVS, Auguſtanus, Mathematicus, Geographus, & Hiſtoricus Academiae Witembergenſis, cuius aliquot duntaxat libros hic indicabo, vnde apparebit, non de vulgo fuiſſe Geographum, & Hiſtoricum. Sunt autem huiusmodi: *Programma de augmentis Geographiae a tricenis ferme annis, Wittembergae.* 1737. 4. — *Regni Davidici & Salomonei deſcriptio Geographica & Hiſtorica vna cum delineatione Syriae & Aegypti, pro ſtatu temporum ſub Seleucidis & Lagidis Regibus, mappis luculentis exhibita, & probationibus idoneis inſtructa* &c. *Norimbergae*, 1739. fol. cum Tabulis XX. — *Phosphorus Hiſtoriarum, vel Prodromus Theatri ſummorum imperiorum, hoc eſt, Hiſtoria vniverſalis Partis prioris, et principalioris: Siſtens catalogum Principum et imperantium in illis imperiis, regnisque connexis, Lipſiae*, 1742. fol. eo mortuo prodiit *Hiſtoriae vniverſalis politicae, quantum ad eius partem I. et II.*

SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEXTA.

Principibus. — Carolo VI. Josephi Fratre 1711. = 1740

II. Idea plane nova, at legitima, tractationem morum imperiorum exhibens &c. *Norimbergae*, 17 cum tabulis Chronologicis XVI. & Tabulis graphicis XXVIII. & tandem *Mappae VII. G phicae pro illustrandis totidem Periodis Historiae rialis Germanicae sub Carolo M. Ottone I. Conr Friderico II. Friderico III. Carolo V.* & Car Fragmentum ex opere maiori postumo *Hasi* summis imperiis &c. *Norimbergae*, 1750. fo lantico.

Nat. 1684.=Θ. 1742.

vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II 1302.

| 1720. | *Johannes Erhardus* KAPPIVS, Obe zavia-Baruthensis Francus, Historicus, Rheto Philologus Academiae Lipsiensis, hoc anno O *vationem in Qvetifii & Echardi Scriptores ordinis dicatorum*, *Actis Lipsiensibus* inserendam curavit 441.=454. tum eodem anno *de nonnullis Ind tiarum Qvaestoribus Saeculi XV. & XVI*, *Lips* differuit. Atque in hac quidem rerum ad emen per Lutherum sacra pertinentium memoria, om maxime desudavit, vel libros & monumenta qvirendo, vt *Catalogus* eius *Bibliothecae*, *Li* 1758. 8. editus, passim testatur, vel hanc histo Christianae partem variis observationibus illust do. Quo respicit Sylloge scriptorum de nundi ne veniae delictorum pontificia, (*Samlung e zum Päbstlichen Ablass gehörigen Schriften*) *Li* 1721. 8. Spicilegium nondum editorum monu torum, (*Kleine Nachlese einiger gröstен Theils n gedrukten, und zur Erlaeuterung der Reform Geschichte nützlicher Urkunden*) Lipsiae 17 1733. 8. quatuor codicibus: Copiosa descriptio

crorum Saecularium (*Ausführliche Beſchreibung des erſten groſſen Euangeliſchen Augspurgiſchen Confeſſions-Jubel-Feſts*, A. 1630.) *Lipſiae*, 1730. 8. *Programma* de *Scriptoribus Hiſtoriae Reformationis Lipſienſis*, *Lipſiae*. 1739. 4. & *Commentatio*, *Soloecismos politicos circa Reformationem Lutheri commiſſos ab Anonymo Gallo obſervatos*, *expendens* Lipſiae, 1743. 4. Neque tamen vel hiſtoriam literariam, cuius eum ſtudioſiſſimum fuiſſe novi, intactam, vel eloquentiae, aliarumque humanitatis artium ſcientiam incultam reliquit. Ne quid enim dicam de variis eius Programmatibus Praefationibus, & Diſſertationibus, prioris ſaltem illius doctrinae teſtes nominabo: *Diſſertationem de celeberrima S. Ioannis Chryſoſtomi ad Caeſarium Epiſtola* &c. *Lipſiae*, 1723. 4. *Athanaſii Scbiadae Arcana Bibliothecae Synodalis & Typographicae Mostuenſis ſacra tribus Catalogis Codicum Manuſcriptorum Graecorum retecta*, & ab ipſo *denuo luci publicae expoſita*, *Lipſiae*, 1724. 8. *Diſſertationem de Xiccone Polentono*, *Lipſiae*, 1733. 4. Praefationes ad *Chr. Frid. Geſſneri* Artem Chalcographicam, *Lipſiae*, 1740.=1745. 8. quatuor codicibus, & theotisce redditam ad *Alfonſi Ciacconii Bibliothecam*, *Amſtelaedami*, & *Lipſiae*, 1744. fol. ad *Henrici Benzelii Syntagma Diſſertationum*, *Francof.* & *Lipſiae*, 1745. 4. ad *Saavedrae* Rempublicam literariam, theotisce verſam *Lipſiae*, 1748. 8. Alterius quoque literarum peritiae et oratoriae facultatis videri volebat patronus & vindex. Hinc *Clariſſimorum virorum Orationes ſelectae*, *Lipſiae*, 1722. 8. tribus partibus: Inde curae eius, quas impendit *Franc. Vavaſſoris de Ludicra dictione Libro*, *& Anti-Barbaro*, typis renovando *Lipſiae*, 1722. 8. tum Praefatio ad *Auguſt. Mariae de Monte Minervam Sanctianam*, *Lipſiae*, 1723. 8. duo Programmata *de cauſis corruptae hoc aevo Eloquentiae*, Lipſiae 1727. 4. & 1731. *Diſſerta-*

SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEXTA.

Principibus. | Carolo VI. Josephi Fratre 1711. = 1740.

tio de *Laconismo*, *Lipsiae*, 1736. 4. & tandem
Editio *Paulini a S. Iosepho*, *Lucensis*, *Oratio*
Lipsiae, 1728. 8. aliarumque eiusdem *Orat*
Novarum XII. Lipsiae, 1753. 8.

Nat. 1696. = Θ. 1757. circiter.

vid. *Io. Fabricii Histor. Bibliothecae*, Part. V
109. 110 — *Georg. Christ. Gebauerus*, in *D*
Anthologicis, p. CXXV. — *G. Stolle* ad *Heum*
p. 702.

| circa | 1720 | *Christianus Wilhelmus* KESTNERV
tu Thuringus, Medicus, Bibliogra
& Biographus Jenensis, cuius est Lexicon eru
Medicum, (*Medicinisches Gelehrten-Lexicon*)
praefatione *Gottlieb Stollii*, *Jenae*, 1740. 4.
theca Medica, *optimorum* per singulas medicinae
tes auctorum delectu circumscripta, Jenae, 17
mai. & Epitome Historiae artis Medicae, (*Au*
Begriff der Historie der Medicinischen Gelahrt
Halae, 1748. 8.

Nat. 1694. = Θ. 1747.

vid. *G. Stolle* ad *Heumannum*, p 705.

| 1720. | *Johannes Christianus* KNAVT
Strehla-Misnicus, non maiorum gentium Ph
gus scholae Dresenensis, eo anno *Pythagoraeo*
aureum graece & latine ex versione Viti Amerbachi
analysi critica et Ethica, *imitationibus graeco-la*
et indice gemino illustrare conatus est, *Argent*
1720. 8. postea *Analecta styli*, *exemplis illustrata*
ore Conr. Sam. Schurtzfleischii Vitebergae quond
lamo excepta, *Dresdae*, in lucem protrusit, 1
8. et *Chiragogum Grammatices etymologicum L*
Germanicum pueris scholasticis in manus et do
dit, *Dresdae*, 1728. 4.

Nat. 1662. = Θ. 1732.

AER. CHR. PARS SEXTA.

| 1720. | *Johannes Philippus* KVCHENBECKERus, Hiſtoricus Gieſſenſis, hoc anno *Illibatam Haſſorum religionem, Caſſellis.* 4. defendit. Paulo poſt *Analecta Haſſiaca, Marpurgi*, 1728. 8. in lucem protulit, & *Vitam Hermanni Vulteii, ICti, ex monumentis fide dignis, vt plurimum ineditis, depromtam*, cum *duplici Appendice, Gieſſae*, 1731. 8. enarravit.

| circa | *Johannes* MATTHESON, Muſicus | 1720. | Hamburgenſis. v. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 528. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1428.

| 1720. | *Johannes Immanuel* MVLLERus, Roswinenſis Saxo, Biographus & Hiſtoricus Lipſienſis, vti iam A. 1717. Epiſtolam de nonnullis hinc atque illinc diſperſis Rosvinenſibus, (*Sendſchreiben von einigen hin und her zerſtreuten Roſſweinern,*) ſcripſit, *Lipſiae*, 8. ſic hoc potiſſimum anno, *Incunabula Typographiae Lipſienſis* perſcrutatus eſt, (*oder die Leipziger Buchdruckerey nach ihrer erſten Beſchaffenheit,*) *Lipſiae.* 4. tum *Diſſertationem de Studio, coenobio CPolitano, & claris Studitis, Lipſiae*, 1721. 4. elaboravit, atque in ſchedis reliqvit Notitiam de vita & ſcriptis *Joh. Hoepneri*, Theologi Lipſienſis, (*Gründliche Nachricht von dem Leben und Schrifften Joh. Hoepners,*) poſt mortem a *Gottl. Aug. Ienichen* editam *Lipſiae*, 1741. 4.

Nat. 1691.=Θ. 1722.

| 1720. | *Andreas* RVDIGERus, Rochlitienſis Misnicus, Philoſophus Lipſienſis, tamque acutus cenſebatur eſſe Dialecticus, vt ſe ipſe ſuis acuminibus compungere videretur.

Nat. 1673.=Θ. 1731.

vid. *Jacob. Bruckeri Hiſtor. Critic. Philoſoph.* Tom. V.

SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEXTA.

Principibus. — *Carolo* VI. *Josephi* Fratre 1711. = 1740

V, Period. III. Part. II. L. I. c. X. §. VI. p. 533.=541. & in *Appendice sive integri operis lumine* VI. p. 874. — *G. Stolle* ad *Heumannum* 463. — *Io. Matthi. Gesnerus* ad *Isagogen*, §. p. 117. & §. 879. p. 212. Tom. II.

| 1720 | *Zacharias Conradus ab* VFFENBA Senator Moeno-Francofurtanus, Bibliograph Philologus, cuius *Bibliotheca MScpta, seu Re Codicum, qui in Bibliotheca Zachar. Conrad. ab bach asservantur, Halae*, hoc anno 1720. fol. p quae ipsa deinceps immigravit in *Bibliothecam bachianam universalem, sive Catalogum librorum t pis, quam manu exaratorum, Francofurti ad num*, 1729.=1731. & 1735. 8. qnatuor codi Eius quoque sunt *Observationes de primitiis graphicis Harlemi in curia, & Francofurti in B theca Vffenbachiana adservantur*, apud I. G. Sch nium, in *Amoenitatibus Literariis*, Tom. IX. p seq. qui ipse vir egregius *Schelhornius* non mod pistola, ad Celeb. *Io. Iac. Breitingerum* data, su consilium *de Commentariis de vita B. Zachar. C Vffenbach, ac Thesauro Epistolico Vffenbachian* suit & commendavit in *Museo Helvetico*, Tom Partic XXIV. p. 551 =584. sed reapse quoque mercii *Epistolaris Vffenbachiani selecta variis O vationibus illustravit, vitamque Zachariae Conra Vffenbach praemisit, Vlmae*, & *Memmingae*, 175 1756. quinque partibus (v. *Nov. Act. Erudit.* Septembr. Part. I. p. 518 =524)

Nat. 1683 =Θ. 1734.

vid. *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 299. & 877. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dict re*, Tom IV. voc. (Zacharie Conrad d') *bach.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p.

— *A. Haller Bibliotheq. Botanic.* L. IX. n. MXXV. p. 195. Tom. II.

| 1720. | *Johannes* VOGTius, Beverſtadio-Bremenſis, Theologus Lutheranus, Philologus, & Bibliographus Bremenſis. Qui iam antea A. 1716. *de patria Conſtantini M. Witebergae*, 4. diſſeruerat, is nunc *Hiſtoriam Literariam Conſtantini M.* hoc eſt, *plus centum & quinquaginta rerum Conſtantinianarum Scriptores* recenſuit, *Hamburgi*, 1720 8. Eius *Catalogus Hiſtorico-Criticus Librorum rariorum*, *Hamburgi* ſemel, 1732. 8. iterum, 1738. & tertium, 1748. 8. editus, aliis ſive ſignum ſuſtulit, ſive opportunitatem dedit, ſimili pacto librorum rariorum indices condendi.

Nat. 1695.=O. 1765.

vid. *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 880. — *Neue Gelehrte Europa*, Part. XX. p. 1071.=1074.

| 1720. | *Robertus* AINSWORTHus, Philologus, & Archaeologus Londinenſis, hoc anno *Monumenta vetuſtatis Kempiana*, hoc eſt *Joh. Kempii*, *ex vetuſtis Scriptoribus illuſtrata*, *eoſque vicißim illuſtrantia* dedit *Londini*, 8. mai. (v. *Mémoires Litteraires de la Grande Bretagne*, par *Michel de la Roche*, T. IV. Art V. p. 198. *Bibliotheqve ancienne & moderne*, Tom. XXII. 234. *Republyk der Geleerden*, 1724. Sept. p. 238. & *Acta Erud. Lipſ.* 1722 Febr. p. 54.) nec non *De Clypeo Camilli antiquo operis elegantiſſimi in Muſeo Woodwardiano* ſigillatim disputavit ibidem *Londini*, 1734. 4.

| circa | 1720. | *Auguſtinus* BRYANVS, Criticus Anglus, *Plutarchi* procurator, cuius *Vitas parallelas* graece & latine ad fidem librorum ſcripto-

SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEXTA.

Principibus. — Carolo IV. Josephi Fratre 1711. = 1740.

torum additis virorum doctorum adnotationib emendationibus recognoscere coepit Anno, vt 1723. sed morte interceptas eius operas ad perduxit *Moses Solanus*, sive *du Soul*, *Londini*, 4. maiori. quinque codicibus. (*Act. Erud.* 1733. p. 385.)

⊖. 1726.

| 1720. | *Guilielmus* JAMESON, Philologus tus, hoc anno *Specilegia Antiquitatum Aegypti vicinarum gentium*, *Glasguae*, 8. digessit.

| 1720. | *Guilielmus* STVKELEY, Medicus, lologus, & Archaeologus Londinensis. hoc Templum Romanum, in Scotia superstes, dese (*An Account of a Romain Temple, and other An ties near Grahams Dike in Scotland*,) *Londini*, 4. bus cum tabulis, quarum prima continet Inscri num Syllogen prope vallum Picticum in Scoti sitarum: altera tabula templi rudera offert, & est Geographica huius tituli: *Vallum barbaricu go Graham's Dike.* Mox *Itinerarium curiosum an Account of the Antiqvities and remarqvabl riositys in Nature and Art obsevd in Travels thro Brittan*, in vulgus emisit. *Londini*, 1724. fol. *Act. Erud. Lips.* 1727. *Mart.* p. 103.) Simul d vimento Romano Societatis regiae collegas c res fecit: (*A Description of a Roman Pavement near Grantham in Lincolnsbire, with the Oecono the Roman Times in this Part of England, com cated in a Letter by W. Stukeley M. D.* Coll. dici Lond. & Regiae Societatis Socium.) in *actionibus Philosophicis*, Vol. XXXV. No. 402. p (II.) Tandem monstrosae illius lapidum struis & geriei rationem reddere conatus est in libro

titulus: *Stone-henge and Abury two Temples restored to the British Druids*,) *Londini*, 1740. fol.

vid. *Io. Matthi. Gesnerus* ad *Isagogen* §. 565. p. 453. 454. — *A. Haller Biblioth. Anatomica*, Tom. II. L. VIII. n. DCCCLXXII. p. 124.

| 1720. | *Aegidius* EGMONDA NEOBVRGVS, (vulgo: *van Egmond van der Nyenburg*,) Senator vrbis Leidensis, Legatus Batavus ad regem Neapolitanum, Hodoeporicus Scriptor, & Archaeologus, ab hoc anno per triennium circiter iter in Germaniam, Franciam, Hispaniam, Italiam, immo Graeciam, Asiam & Aegyptum fecit, francicoque sermone, forma & novem quidem codicibus forma octava descripsit, quos olim apud *Cornelium van Panhuys*, Lugdunensem, eius heredem, me videre, memini, vbi inprimis Codice VII. Neapolitanos lapides ab eo diligenter in literas relatos esse sub titulo: *Inscriptiones antiquae Neapolitano in regno ex lapidibus ipsis exscriptae*, animadverti. Quibus postea commentariis vsus est doctiss. *Johannes Wilhelmus Heymannus*, Medicus Leidensis, cum & patrui sui *Iohannis Heymanni*, atque huius *Neoburgi* Iter per Europam, Asiam, Syriam &c. (*Reizen door een Gedeelte van Europa, Klein Asien, verscheide Eilanden van den Archipel, Syrien, Palestina, Aegypten, den Berg Sinaï*, enz.) publice cognoscendum daret, *Leidae*, 1757. & 1758. 4. duabus Partibus.

Conferatur *Scipio Maffeius*, Marchio Veronensis, in *Museo Veronensi*, p. CCCLIV. 3. vbi *hanc*, inquit, *& sequentes quinque nobilis & eruditus Hollandus iuvenis d'Egmond accurate exscripsit, & dedit.* — *Io. Matthi. Gesnerus Commentariorum Societatis Regiae Scientiarum Gottingensis*, Tomo IV. ad Annum 1754. p. 26. — *A. Haller Biblioth. Botanic.* L. X. n. 1700. p. 477. Tom. II.

SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEXTA.

Principibus.

Carolo VI. *Josephi* Fratre 1711. ☌ 1740.

| 1720. | *Leonardus* OFFERHAVSius, Hamona-Marcanus, Historicus, & Chronologus demiae Groninganae, hoc anno iam futurae tatis primitias dedit, disceptatore patre *Gerardo*, Theologo Daventrienſi, diſſerendo *ta Salvatoris privata & publica*, *Daventriae*. 4. inceps non paucis & disputationibus & libris, ſertim quantivis pretii *Spicilegiis Hiſtorico Chron Groningae*, 1729. 4. plaeclari accurateque docti auctoris famam tuitus eſt. In concinnando *Compendio Hiſtoriae Vniverſalis*, *Groningae*, 175 nimiae quis eum imitationis rerum & verborum *tavianorum* accuſare poſſet, niſi huius inceptioni ſenſionem ipſe in Praefatione occupaſſet. Singula tem eius ſcripta enarrarunt hi, quos ſtatim ant bor. Vnicum ſubiungi debet *Compendium Hiſt Foederati Belgii, per modum Annalium in uſum tutis Academicae concinnatum*, *Groningae*, 176 Nat. 1699 ☌ 1779.

Icon eius ante editionem *Compendii Hiſtoriae verſalis* quartam Batavam, & *Lipſienſem Io. M Schroeckhii*. 1778. 8.

vid. omnino *Io. Chriſto. Strodtmannus* in *eruditae Europae*, Parte I. p. 30 ☌ 39. & Cl. *Stoſchius*, in eiusdem Libri Parte IX. p. 91. 9 *Hambergeri Gelehrtes Teutſchland*. voc. p. 537. prior. inprimis vero *Jacobi de Rhoer*, V. C. *funebris in obitum Leonardi Offerhauſii*, *Gron* 1780. 4.

| 1720. | *Franciscus* OVDENDORPius (v *van Oudendorp*,) Lugduno-Batavus, Hiſtoricus, tor, & Criticus omni laude digniſſimus, pr Scholae Noviomagenſis, & Harlemenſis, d Academiae Leidenſis, hoc anno *Julium Obſ tem de Prodigiis* cum animadverſionibus *Io. S*

ri, tum ſuis, & *Supplementis Conr. Lycoſthenis*, *Lugduni Batavorum* 8. ornavit. De ſingulari eius induſtria, multiplici rerum ſcientia, & ingenii acumine teſtabuntur editiones *Lucani*, Lugd. Bat. 1728. 4. *Sexti Julii Frontini*, *Lugd. Bat.* 1731. 8. & 1779. 8. mai. *Iulii Caeſaris*, Lugd. Bat. 1737. 4. *Legati Papenbroekiani* Deſcriptio, ibid. 1746. 4. *Suetonii*, ibidem 1751. 8. mai. *Thomae Magiſtri Johannis Stephani Bernardi*, ibidem 1757. 8. mai. & poſt mortem eius nuper luce publica donati *Apuleii*, ibidem, 1786. 4. mai. item plurimae eius Schedae apud Filium eius *Cornelium*, virum Reverendum, ſuperſtites.

Nat. 1696 = ϑ. 1761.

vid. *P. Burmannus* in Praef. ad *Luccanum* * 3. — *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 786. 787. — *Novae eruditae Europae*, Pars IX. p. 200. = 209. — Cf. *J. J. Biörnſtåhls Reize door Europa*, Part. V. p. 426.

| 1721. | *Alexander* MACHIAVELLVS, forte Bononienſis, Hiſtoricus, hoc anno *de veteri Bononeno argenti Bononiae Diſſertationem* edidit, *Bononiae.* 4. item *Auguſtalis Theodoſiani diplomatis Apologiam pro Archigymnaſio* Bononienſi, haud ſcio an ſubtiliter ſuscepit, ibidem *Bononiae.* Iſtud enim Diploma, qui cor & naſum habent, dudum, vt pravam mercem, abiecerunt.

| 1721. | *Caietanus* NOTVS, (vulgo: *Gaëtano Noto*,) Maſſala-Panormitanus, Philologus, & Archaeologus, hoc anno de titulis lapidum Panormitanorum ſingulari libello, cuius Pars duntaxat prima extat, egit. (*Delle Iſcrizioni antiche della città di Palermo, raccolte e brevemente ſpiegate dall' Abate Gaëtano Noto, e Marſala Palermitano, Accademico del Buon Guſto di Palermo e de Trasformati di Noto. Parte Prima, in Palermo.* 1721. 8.)

SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEXTA.

Principibus.
Carolo VI. Josephi Fratre 1711 = 1740.

| 1721. | *Guilielmus de la Boissiere de Ch*
BORS vel CHAMBORT, Parisiensis, olim
fectus turmae equestris, dein Historicus, &
logus Academiae bonarum artium Parisiensis re
in cuius collegium hoc anno cooptatus varias
frugis disputationes recitavit, veluti: *Analys*
Dissertations sur l'estime & la consideration, que
ciens Germains avoient pour les femmes de leur
A. 1721. & 1723. in *Historia Acad. Inscript.*
III. p. 498 = 506. *Dissertation sur Titus La*
A. 1731. in *Memor. Acad. Inscript.* Tom. XI
152 = 171. *Explication de quelques Passages d'*
Auteurs, sur le commencement du Poëme d' Hesiode,
appelle le Bouclier d' Hercule, &c. &c. A. 1732.
stor. Acad. Inscr. Tom. V. p. 42. = 54. *Suite*
plications de Passages de differens Auteurs, A.
ibidem, Tom. VI. p. 298. = 324. *Seconde Dis*
tion sur Titus Labienus. A. 1736. in *Memoir*
Tom. XIX. p. 95. = 124. ed. *Amstel.*
Nat. 1666 = ⊖ 1743.
vid. *Eloge de Mr. de Chambors, par Mr.*
in *Histor. Acad. Paris.* Tom. XVI. p. 381.
ed. *Paris.*

| 1721. | *Guilielmus S. R. J. Liber Baro de C*
SIER, Leodiensis, Episcopo a cónsiliis, &
chaeologus, librorum, antiquitatisque reliqu
Museo illustris, hoc anno *Seriem Numismatu*
quorum Graecorum & Romanorum cum elencho
rum, statuarum & aliarum antiquitatum ab ipso
gestarum descripsit *Augustae Eburorum.* 8. post
vem Elucidationem Quaestionis Iesuiticae de pr
Episcopatu Traiectensi ad Mosam dedit *Leodii.*
de qua vid. *J. Jgn. Roderiqvii Correspondance*
vans, ou Nouvelles Litteraires des diverses Par
l'Europe, à Cologne, 1743. 8. p. 467. qvin etia

ſcriptionem brevem Gemmarum, quae in Muſeo Guil. S. R. J. L. Baronis de Craſſier, Celſiſſimi Episcopi ac Principis Leodienſis in Camera Rationaria Conſiliarii &c. aſſervantur, Leodii, 1740. 4 in medium protulit. (vid. idem *Roderiqvius* in *Correspondance des Savans*. p. 715. 716.)

| circa | *Carolus de Secondat Baro de Brede & de* | 1721. | MONTESQVIEU, ſive MONTESQVIAEVS, Bredano-Burdegalenſis, Senatus Burdegalenſis Praeſul, ICtus, Hiſtoricus, & Philologus, hoc circiter tempore Epiſtolas *Perſicas* (*Lettres Perſannes*) exarando liberius philoſophatus eſſe dicitur. Poſtea multum temporis & operae in cauſis vel incredibiliter aucti, & de ſuo viciſſim faſtigii gradu deturbati imperii Romani, vel Legum & inſtitutorum apud varios populos ſolennium indagandis conſumſit. Illius ſtudii teſtes ſunt eius *Conſiderations ſur les Cauſes de la Grandeur des Romains & de leur Decadence*, quae Obſervationes primum A. 1733. lucem viderunt, poſtea auctiores emendatioresque *Lauſannae* prodierunt, 1749. 8. alterius vero laboris argumentum praebet eius Opus, fama notiſſimum, de cauſis Legum, (*L'Esprit des Loix*) editum primo 1748. deinde alicubi repetitum, & theotisce etiam rdditum, (*Montesqvieu Werk von den Geſetzen aus dem Frantzöſiſchen überſetzt von Abr. Gotthelf Kaeſtner, Frankfurth und Leipzig*, 1753. 8.) Neque tamen cenſuris hominum eruditorum caruit, quorum libri velim discantur e Catalogo *Crevenniano*, Tom. II. p. 13. iisdemque addatur *Jo. Aug. Erneſti Proluſio, qua Animadverſiones philologicae in librum Francicum de Cauſſis legum*, (L'Esprit des loix) proponuntur, *Lipſiae*, 1751. 4. inſerta etiam eius *Opusculis Philologicis & Criticis, Lugd. Batav.* 1776. 8. p. 52.=63. Eius opera omnium pleniſſima eſſe

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus.	perhibentur in editione *Londinenſi*, 1767. 4. codicibus.	
Carolo VI. *Joſephi* Fratre	Nat. 1689 =Θ. 1755.	
1711. = 1740.	Eius imaginem ſervat numus *Muſei Mazz liani*, Tom. II. tab. 189. No. V. ad p. 367.	
	vid. eius vita ante opera integra *Monte* — *Neue Gelehrte Europa*, Part. XI. p. 535.	
	| 1721. | . . . . . DE REQVELEYNE, Se Divionenſis, hoc anno Diptychon illuſtravit, (*de Mr. de Reqveleyne, Conſeiller au Parlement de D ſur un Diptyqve,*) in *Mémoires de Trevoux*, 1721 p. 1675. & *Journal des Savans*, 1722. menſe O p. 463. ed. Amſtel.	
	| 1721. | *Theophilus Siegefridus* BAYERus, R montanus, Hiſtoricus, Archaeologus, & Philo egregius, mox Regiomontanus, mox Petropoli Quamquam triennio iam ante *Bibliothecam Senat laeopolitani apertum iri* Programmate edixerat *monte*, 1718. 4. nec non *De Diis vialibus G rum*, ibidem, 1718. 4. diſſeruerat, tamen ab potiſſimum anno, qualis & quantus bonaru tium, hodiernarum orientis dialectorum, rer antiquarum exiſtimator eſſet, variis Obſervatio librisque ſingularibus oſtendere coepit. Plu eius laudem afferre per horum annalium ang non licet. Singula duntaxat eius ſcripta secu annorum ſeriem apponam, vnde apparebit, vnius libri hominem fuiſſe. Sunt autem haec: *cubrationes de Inſcriptionibus Judaeorum Grae Latinis. Regiomonte*, 1721. 4. — *De numis Re in agro Pruſſico repertis. Accedit* eiusdem D *la de Theophraſti Delii Praeſidis monumento* extat *Londini* inter marmora regia, *Lipſiae* [illegible]	

vol. XII. p. 239. seq. ed. *Paris.* *Du Souv* *Pontificat des Empereurs Romains. Premiere p* 1737. *Memor. Acad.* Tom. XVIII. p. 550.= ed. *Amstel.* f. Vol. XII. p. 355. seq ed. *P* *Seconde Partie.* eodem anno. Ibidem. p. 581.= ed. *Amst.* f. Vol. XII. p. 375. seq. ed. *Paris.* *clairciſſement ſur la durée de l'Empire de Probus* *rus, Carinus, & Numerien à l'occaſion de qvelq* *dailles de Probus.* A. 1737. *Memor.* Tom. X 138.=196. ed. *Amst.* f. Vol XIII. p. 437. seq *Paris. Du Souverain Pontificat des Empereurs* *mains. Troiſieme Partie* A. 1738. in *Memor. Lit* Vol. XV. p. 38 =74. *Qvatrieme Partie.* ibidem 75.=144. *Remarqves ſur qvelqves Inſcriptions* *qves*, (apud *Grut.* DCCIII. 1.) A. 1739. in *Me* *Literat.* Vol. XV. p. 420 =455. *Diſſertation ſ* *Vie de Saint Louis ecrite par le Sire de Joinville* 1738. ibidem, p 692 =736. *Addition à la D* *tation ſur la vie de Saint Louis.* A. 1740. ibide 736 =745. *Vie de Petrarqué, tirée de ſes écrit* *de ceux des Auteurs contemporains* A. 1740 ibide 746.=794. *Seconde Partie*, A. 1741 in *Memor. L* Vol. XVII. p. 390.=430. *Suite de la Seconde* *tie de la Vie de Petrarqve*, A. 1742. ibidem. p. 43 459. *Fin de la ſeconde Partie de la Vie de Petra* A. 1742. ibidem. p. 460 =490. Tandem mi praetereunda eſt optima eius editio *Jobertiana* *morum Scientiae*, quam plurimis exornavit ani verſionibus, *Pariſiis*, 1739. 12. duobus codic (v. *Nov. Act. Erudit.* 1744. *Junii Parte II.* p =363. Promiſit quoque *Conatum Hiſtorico-Crit* *de Romanorum Legionibus, Cohortibus, & Alis,* *ad exitum perducere eſt animus.* Ita ipſe ſcrib *Diſſertat.* II. c. V. p. 91. *Theſauri Inſcript. Mu* Tom. I.

Nat. 1703 =Θ. 1742.

Digitized by Goo

v. *Eloge de Mr. de la Baſtie par Mr. Freret.* in *Hiſtor. Ac. Reg. Inſcript.* Tom. XVI. p. 335.=347. — *P. Burmannus* minor in Praefatione ad *Anthолog.* p. LI. LII eum vocat *in re antiqvaria numorum veterum & Inſcriptionum, dum viuebat, verſatiſſimum.*

| 1729. | *Remigius* CEILLIER*ius*, Monachus Benedictinus Congregationis S. Vanneſii Pariſienſis, Hiſtoricus, & Philologus, hoc anno moliri coepit grave & luculentum illud opus Hiſtoriae vniverſae Scriptorum Chriſtianorum, *Hiſtoire generale des Auteurs ſacrés, & Eccleſiaſtiqves, qvi contient leur Vie, le Catalogve, la Critiqve, le Jugement, la Chronologie, l'Analyſe & le dénombrement des differentes editions de leurs ouvrages*; &c. *par le R. P. Dom. Remy Ceillier.* Paris, 1729. & pluribus ſequentibus annis. 4. Tom. I.=XXII. quorum tredecim duntaxat codices, quantum ſciam, in compendium miſerunt Lipſienſes, veluti praeter quatuor priores, *Tomum* V. *Pariſ.* 1735. *Nov. Act. Erud.* 1742. *Decembr.* p. 673.=679. *Tomum* VI. ibid. 1737. *Nov. Act.* 1743. *Decembr.* p. 673. =679. *Tomum* VII. ibid. 1738. 4. *Nov. Act. Erud.* 1744. *Mart* Part. II. p. 145.=151. *Tomum* VIII. ibidem, 1740. 4. eadem *Acta*, 1744. *Decembr.* p. 673. =678. *Tomum* IX. ibidem, 1741. eadem *Acta*, 1745. *Martii* Part. II. p. 145 =150. *Tomum* X. ibidem, 1742. 4. eaden *Acta* 1745. *Junii* Part. II. p. 337.=342. *Tomum* XI. ibidem, 1744. 4. eadem *Acta* 1745. *Decembr.* p. 673.=680. *Tomum* XII. ibidem, eodem anno, eadem *Acta*, 1746. *Decembr.* p. 673.=679. *Tomum* XIII. ibidem, 1747. 4. mai, eadem *Acta* 1751. *Decembr.* p. 673.=683.

vid. *G. Stolle* ad *Heumannum* p. 579. — *Lenglet du Fresnoy Catalogve des Hiſtoriens, Supplement*, Part. II. p. 23. & *Hambergerus* in Praefatione ad Fi-

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.

Principibus.

Carolo VI. *Josephi* Fratre 1711. = 1740

deles eius Narrationes de Scriptoribus, p. 48.

| 1729. | . . . . de FOLARD vel F LARD, Eques ordinis militaris Ludovici S Tribunus militum, & Philologus Parisiensis, h no *Polybii* interpretationem Francicam *V Thuilierii* multis adnotationibus, e re militari p tabulisque radio scriptis, illustravit Amstelae 1729. & 1730. 4. sex codicibus, vti etiam nio post super proelio Messeniorum, & monte I Observationes dedit, (*Observations du Chevali lart sur la Bataille de Messenie & du Mont Itho IV. de Pausanias*,) *Pausaniae* interpretationi A *Gedoyni*, Paris. 1731. 4. praemissas.

| 1729. | *Ludovicus de Jouard*, dominus *De la N* ZE, f. DELANOSIVS, Villanova-Age Aquitanus, ab hoc anno Academiae bonarum rarum Parisiensis Philologus, Historicus, & A ologus, a cuius ingenio profectae sunt hae p mum disputationes: *De la loi des Lacedemonien défendoit l'entrée de leur Pays aux Etrangers*, *Memor.* T. 18. p. 246.=272. ed. Amstel. f. XII. p. 159. seq. ed. *Paris. Des Rapports, q Belles-Lettres & les Sciences ont entr'elles*, A. *Memor.* Tom. XX. p. 38.=56. ed. *Amst.* f. XIII. p. 372. seq. *Paris De l'Abus, qu'on fait quefois d'une pretendue clarté de stile, en traita Matieres de Literature ou de Science.* Anno 173 dem, p. 57 =80 ed. Amstel. f. Vol. XIII. p. seq. ed. Paris. — *Histoire du Calendrier Egy* A. 1740. in *Memor. Liter.* Vol. XIV. p. 334= *Recherches Chronologiques sur les années de Peri* A. 1739 ibidem. p. 363.=375. *Premiere Di tion sur Pythagore, ou l'on fixe le tems, auquel ce*

ſophe a vécu. par Mr. de la Nauze, A. 1738. ibidem. p. 375 =400. *Seconde Diſſertation ſur Pythogore où l'on prouve la réalité d'un Discours attribué à ce Philoſophe.* A. 1738. ibidem, p. 448.=471. *Mémoire ſur l'Etat des Sciences chez les Lacédémoniens.* A. 1746. in *Memor. Lit.* Vol. XIX. p. 166.=202. — *De la Vie & des Actions de Balbus l'ancien* A. 1745. ibidem. p. 327 =344. — *Examen des Obſervations ſur l'Epoque d'une ancienne Inſcription, apportée de Tripoli d'Afrique*, A. 1748. in *Memor. Literat.* Vol. XXI. p. 245.=269. — *Hiſtoire du Calendrier Egyptien. Seconde Partie. de l'année ſolaire des Egyptiens, dite l'année Alexandrine*, A. 1741. *Memor. Acad.* Vol XVI. p. 170.—192. *Troiſieme & derniere Partie* A. 1742. ibidem, Vol. XVI. p. 193.=204. *Examen des Obſervations ſur l'Epoque d'une ancienne Inſcription, apportée de Tripoli d'Afrique*, A. 1748. *Memor.* Vol. XXI. p. 245.=ſeq. *Mémoire ſur l'ancien Syſtéme de la grande Année*, A. 1749. *Memor.* Vol. XXIII. p. 82.=100. *Mémoire ſur la Différence des Pélasges & des Helleres.* A. 1751. *Memor.* Vol. XXIII p. 115 =128 *Sur la ville de Creſtône.* A. 1752. *Hiſtor.* Vol. XXV. p. 28 =31. *Memoire ſur la maniére dont Pline a traité de la Peinture.* A. 1753. *Memor.* Vol. XXV. p. 215.=301. *Remarques ſur Eratoſthene à l'occaſion de la latitude de Syéné*, A. 1754. *Memor.* XXVI. p. 101.=111. *Le Calendrier Romain, depuis les Décemvirs juſqu'à la correction de Jules Ceſar.* A. 1754. *Memor.* Vol. XXVI. p. 219.=266. *Remarques ſur quelques Points de l'ancienne Géographie* A. 1755. *Memor.* Vol. XXVIII. p. 362 =396. *Remarques ſur quelques récits d'Herodote d'après les Prêtres Egyptiens.* A. 1760. *Hiſtor. Acad.* Tom. XXIX. p. 64.=75 *Poſition de quelques anciennes villes Romaines vers le détroit appelé aujourd'hui* Detroit de Gibraltar. A. 1756 *Memor. Acad.* Tom. XXX. p. 94.=112. *Diſſertation ſur le Poids de l'ancienne*

SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEXTA.

Principibus. Carolo IV. Josephi Fratre 1711. = 1740.

cienne Livre Romaine, déterminé par la comparai
qvelqves autorités de Pline, avec le poids des plus
ennes Médailles Romaines en or. A. 1760. *M*
Liter. XXX. p. 359.=393. *Sujet de la IV. E*
de Virgile, A. 1762. *Histor. Ac.* Tom. XXXI. p.
=198. *Justification de Pline sur l'Etymologie d*
le d'Erythra & sur l'origine Erythréenne de Phen
A. 1764. *Memor. Lit.* Tom. XXXIV. p. 175.=
Mémoire sur une Medaille d'Argent de M. Livi
sus Libo. Memor. Literat. XXXV. p. 601.=
Idée Générale de la Geographie d'Herodote. A.
Histor. Acad. Tom. XXXVI. p. 56.=68. *Ad*
au Mémoire précédent sur l'Araxe des Massagètes
lon Herodote. ibidem. p. 69.=76. *Sur la Mes*
Stade, employé par Hérodote pour servir de sc
Mémoire sur l'Idée générale de la Geographie de c
crivain. A. 1769. *Histor. Ac.* Tom. XXXVI. p.
=99. *Deux différentes Routes de l'Itineraire*
tonin, qvi de Péluse conduisoient à Heliopolis. A.
Ibidem. p. 99.=109.

Nat. 1696.=Θ. 1773.

Eloge de Mr. de la Nauze par Mr. *Du Puy.* *Hist. Acad. Inscript.* Tom. XL. p. 232.=242.

| 1729. | *Daniel Eberhardus* BARINGIVS, Ob
Hildesiensis, Historicus, & Archaeologus Ha
ranus, praeter iuvenilia quaedam literarum pe
la, superioribus iam annis in lucem emissa,
potissimum anno certioris famae ingressus est v
promulgata *Succincta Notitia Scriptorum rerum B*
vicensium ac Luneburgensium, quotquot hactenus
tuerunt, & in lucem editi sunt, vna cum *Rec*
legum atque Constitutionum terrarum Brunsvico-L
burgicarum, Hanoverae, 1729. 8. Vt taceam c
eius libros, silentio tamen praeteriri certe no
bet eius *Clavis Diplomatica, tradens Specimin*

rum Scripturarum nimirum Alphabeta varia, compendia ſcribendi medii aevi, &c. *Hanoverae*, 1737. 4. *iterata editione ſic ab auctore recognita, emendata, ac locupletata, vt novum opus videri* poſſet, ibidem, 1754. 4. *Nov. Act. Erud.* 1755. *Januar.* p. 1.=9.

Nat. 1690.=Θ. 1753.

vid. *Memoria Danielis Eberhardi Baringii ex certiſſimis vitae recenſionibus adumbrata* ab eius filio *Eberhardo Ioanne Baringio*, alterique *Clavis Diplomaticae* editioni praemiſſa, p. 53.=60. — Cf. quoqve *Nov. Act. Erud.* 1747. *Iun.* Part. II. p. 363=366.

| 1729. | *Fridericus ab* HAGEDORN, Hamburgenſis, carminum theotiscorum artifex, cuius extant *Verſuch einiger Gedichte, oder erlesne Proben Poëtiſcher Nebenſtunden*, *Hamburg*, 1729. 8. *Oden und Lieder, in fünf Büchern. Hamburg*, 1747. 8. & *Moraliſche Gedichte.* ibidem, 1750. 8.

Nat. 1708.=Θ. 1754.

Imago eius cernitur ante Opera Poëtica, *Hamburgi*, 1764. 8.

| 1729. | *Chriſtianus Gottlob* HALTAVSius, Lipſienſis, Philologus Scholae Nicolaitanae eiusdem vrbis, & Archaeologus rerum Germanicarum medii aevi, hoc anno vtiliſſimum *Calendarium medii aevi, praecipue Germanicum* &c. *hiſtoriae & rei diplomaticae* cauſa emiſit, *Lipſiae*, 1729. 4. poſt eius vero mortem non minoris momenti *Gloſſarium* eius *Germanicum medii aevi maximam partem, e diplomatibus, multis praeterea aliis monimentis, tam editis, quam ineditis adornatum, indicibusque neceſſariis & Praefatione Ioh. Gottlob Boehmii inſtructum*, prodiit *Lipſiae*, 1758. fol. (v. *Nov. Act. Erud.* 1759. Sept. Part. II. p. 559.=572.)

Nat. 1702.=Θ. 1758.

SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEXTA.

Principibus. — *Carolo* VI. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.

vid. Praefatio Cl. *Boehmii* ad *Glossarium.* — *Gelehrte Europa*, Part. XV. p. 806.=808. — *Matthi. Gesnerus* ad *Isagogen* §. 100. p. 108. T. I. — *Jo. Jac. Reiskii de rebus ad scholam civic. Nicolai pertinentibus Expositio*, *Lipsiae*, 1759. 4.

| 1729 | *Paulus Daniel* LONGOLIVS, K. dorfa Misnicus, *Cortii* discipulus, (arg. D. *Plinii*), Philologus & Historicus Gymnasii Cu. Variscorum, hoc anno *Origines* ἀνθρωπ. *vulgari crudelitatis crimine* vindicavit, *Lipsiae*, 4. Ne quid dicam de aliis eius scriptis diligenter cubi commemoratis, hoc potissimum nomine laudandum esse iudicavi, quod *Plinii* minoris *stolas*, *Amstelaed.* 1734. 4. *Tacitum de moribus manorum*, *Curiae Regnitianae*, 1735. 8. *Diog. Laërtium de vitis Philosophorum*, ibidem, 17 (v. *Nov. Act. Erud. Supplem.* Tom. VII *Sect.* 214=217.) & *Gellii Noctes Atticas*, ibidem 8. vtiliter & docte recognovit, nec non *de indubitate lintea*, *hactenus notis antiquiore* disp. *Curiae Regnitianae*, sive *Hofii Voigtlandorum*, 4. (v. *Gerardi Meermanni & doctorum virorum ad Epistolae atque Observationes de chartae Vulgaris Lineae origine*, *Hagae Comitum*, 1767. 8. p. =48.)

Nat. 1704=9. circa 1778.

vid. *Theoph. Christoph. Harlesii* de *Vitis Philol. rum nostra aetate clarissimorum*, *Volum* I. p. 24 253. — *Hambergers Gelehrte Teutschland* voc. p. =664. ed. tertiae.

| 1729. | *Fridericus Otto* MENCKENIVS, *hannis Burcardi* Fil. Lipsiensis, ICtus, Philol. Historicus, & carminum Scriptor, hoc ann. *siae urbis laudes* carmine celebravit *Lipsiae*, 17

ceterum vario ſcriptorum genere *Novorum Actorum Lipſienſium*, *Novorumque Miscellaneorum Lipſienſium*, cura, *Vitae Angeli Politiani* Hiſtoria, *Obſervationum latinae lingvae libro ad augendum in primis & emendandum Baſilii Fabri theſaurum*, &c. *Lipſiae* 1745. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1746. Julio. p. 422 =426.) aliisque ſimilibus ingenii monumentis, quae ſigillatim indicare non eſt neceſſe, patriae ſuae gloriam vindicavit, & provexit.

Nat. 1708.=O. 1754.

vid. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 760. — Eius *Elogium* in *Novis Actis Eruditorum* A. 1755. *Januar.* p. 46 =48. aliud *Elogium* auctore *Johanne Gerbero*, in *Actis Societ. Lat. Jenenſ.* Vol. IV. n. 1. p. 279.= 290. vbi etiam alii eius Biographi laudantur. Sic etiam *Friderici Ottonis Menkenii vita* in *Commentariorum Lipſienſium Litterariorum Tomi Secundi Sectione* I. p. 87.=92. legitur.

| 1729. | *Iuſtus Chriſtophorus* MOTSCHMANN*us*, Erfordienſis, Hiſtoricus Academiae Erfordanae, qui non modo *Erfordiam literatam* theotisco ſermone expoſitam, ſex fasciculis, *Erfordiae*, 1729.=1732. 8. prodire iuſſit, ſed paulo poſt etiam *Erfordiam literatam continuatam*, totidem *continuationibus*, ibidem, perſecutus eſt, 1733. 8.

Nat. 1690.=O. 1738.

vid. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 1003. & 1067.= 1069.

| 1730. | *Ignatius* GEORGIVS, Philologus Venetus, cuius *Inſpectiones Anti-criticae ſive D. Paulus Apoſtolus in mari, quod nunc Venetus ſinus dicitur, naufragus, & Melitae, Dalmatenſis inſulae hospes* deſcribitur, *Venetiis*, 1730. 4. Idem, an diverſus ab hoc Georgius ſit, Praefectus Bibliothecae Ange-

Principibus. Carolo VI. Josephi Fratre 1711. = 1740

licae Monasterii Augustiniani Romae, qui *Alp tum Tibetanum*, Romae 1762. 4. edidit, teste *Biörnstählio*, in *Itineribus*, Tom. II. p. 59. & ed. Bat. definire non audeo.

| 1730. | *Bartolus* LVCCABERTI, Hist Pandectarum Florentinarum iudex, & G *Grandi* adversus *Tanuccium* Patronus, cuius *Nuova disamina della Storia delle Pandette Pisa scioglimento delle difficoltà, opposte all' Epist Pandectis, ed alle Vindicie del Abate Grandi da nardo Tanucci. In Faënza*, 1730. 4. qui liber i bernis rarius occurrit.

| 1730. | *Iohannes Muria* PERIMEZZIus, Sacr Minorita, Episcopus Oppidensis Calabriae, Arc ologus; si Diis placet, qui satis vulgarem, ne d miseram, *de antiqua sepulcrali inscriptione* ad *Ig um Mariam Comum Epistolam* misit, inter *Co Opuscula Scientifica & Philologica*, Tom. IV 215. = 122. editam. Inscriptionem vero ipsam buit *Muratorius*, MCDLXXXIX. 11.

| 1730. | *Franciscus* VALESIVS, Romanus, bas, & Archaeologus eiusdem vrbis, argum numi *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CLX No. II. ad p. 329. scripsit Epistolam de veter pidis titulo, qui extat apud *Murat.* MMCL (*Lettera del Signore Abb. Francesco Vale Signor Giandomenico Bonomi sopra l'Iscrizion Castorio*) quae etiam inserta legitur *Pauli riae Paciaudi* Antiquitatibus Ripae Transonis (*Antichità di Ripatransona*) Tomo VI. *Miscel rum*, (*Miscellanee di varie Operette.*) p. 187. s

Nat. 1670. = ⊖. 1742.

vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. 1666.

| circa | 1730. | *Franciscus* d'ANTINE, Monachus Benedictinus S. Mauri Parisiensis, Historicus, post cuius demum mortem prodiit Ars definiendorum temporum, *L'Art de verifier les Dates des Faits Historiques, des Chartes, des Chroniques & autres anciens Monumens depuis la Naissance de notre Seigneur par le Moyen d'un Table Chronologique* &c. &c. *Parisiis*, 1750. fol. tum ibidem, 1765. & tandem 1770. fol. vid. *Ernesti Bibliotheca Theologica Novissima*, Tom. II. Part. VII. a p. 650 =660. Eidem quoque in acceptis referenda sunt non pauca *Glossarii Ducangiani* Supplementa novae editioni inserta.

Θ. 1746.

Vitam eius descripsit Auctor Praefationis ad Chronologiam Historicam in fine.

| 1730. | *Petrus* BRVMOEVS, (vulgo BRVMOY,) Sacerdos Jesuita, & Philologus Parisiensis, tametsi iam aliquot annis ante conquestione sua de naevis & contemtu Poëtices latinae, (*Pensée sur la Decadence de la Poësie Latine*) in *Memoriis Trivultinis* A. 1722 mense Maio, p. 905. seq. innotuerit, tamen hoc potissimum anno, Graecorum theatro, (*Le Theatre des Grec*) Parisiis, 1730. 4. tribus codicibus, aperto, maximam sibi nominis famam paravit.

Nat. 1688 =Θ. 1742.

vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1112.

| circa | 1730 | *Aemilia* CHATELETIA, Marchionis *de Chatelet* coniux, *Bretevilii* (vulgo *de Breteuil*) Filia, Philosopha & Physica doctissima.

Nat. 1706. =Θ. 1749.

vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1719.

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus. Carolo IV. Josephi Fratre 1711. = 1740.	circa 1730.	*Benedictus de* MAILLET, Nobilis L... ringus, Legatus Franciae Regis Ca... Aegypto, Hodoeporicus Scriptor, & Archa... gus, cuius est optima Descriptio Aegypti ex ... commentariis ab Abbate *Mascrier* vulgata, hoc ... titulo: *Description de l'Egypte, contenant pl... Remarques curieuses sur la Geographie ancienne ... derne de ce Pays, sur les monumens anciens, ... moeurs, les Coutumes, & la Religion des Hab... sur le Gouvernement, & le Commerce &c. com... sur les Mémoires de Msr. Maillet, ancien Con... France au Caire par l'Abbé Mascrier. Ouvrage o... de cartes, & de figures, à Paris.* 1735. 4. vid. ... *moires de Trevoux* 1736. *April.* Part. II. Art. 47 ... 864. & *Junio* mense, Art. 63. a. p. 1157. J... *des Savans*, 1736. *Febr.* p. 277. & *April.* p. 528. Q... Descriptionem typis recudendam curavit lib... Hagensis, *Hagae Comitum* 1740. 8. duobus co... bus. De *Mailleti* vero opera memoratu dignu... *Paul. Ernesti Jablonskii* iudicium in *Thesauro E... lico Lacrosiano*, Tom. I. p. 210. Eius imago depicta cernitur in limine ipsius ... gypti Descriptionis.
	circa 1730.	*Stephanus* MIGNOT, Parisiensis, ... bas, Historicus, & Philologus A... demiae Regiae Parisiensis Inscriptionum, in c... Commentariis plurimae leguntur de Philosophis ... dis, Aegyptiacisve, praesertim de origine & m... bus Phoenicum disputationes, huius nominatim ... mulae: *Premier Mémoire sur les anciens Philosoph... l'Inde, sur la vie, les moeurs, les vsages, & les p... ques de ces Philosophes.* A. 1761. *Memor. Lit.* T. XI... p. 81 = 113. *Second Memoire.* &c. *ces Philos... sont-ils redevables à l'Egypte de leur doctrine,* ...

leurs pratiqves? A. 1761. *Memor. Lit.* XXXI. p. 114. =152. *Troiſiéme Memoire* &c. *Examen des communications prétendues entre l'Inde & l'Egypte: preuves de la Communication des Indiens avec les Perſes, les Grecs, les Romains, les Juifs, les Chrétiens, & avec qvelqves Héréſiarches.* A. 1762. ibidem, p. 153 = 211. *Qvatrième Memoire*: &c. *Expoſé de la Doctrine des anciens Philoſophes de l'Inde & comparaiſon de cette Doctrine avec celles des Philoſophes des autres pays.* A. 1762. ibidem. p. 212.=262. *Cinqvième Mémoire* &c. *Svite de l'expoſé de la Doctrine* &c. A. 1762. ibidem. p. 263 =338. *Premier Mémoire ſur les Phéniciens.* A. 1763. *Mémor. Liter.* Tom. XXXIV. p. 56.=85. *Second Mémoire.* &c. A. 1764. ibidem. p. 86.=144. *Troiſieme Mémoire* &c. *De l'origine des Phéniciens, du pays qv'ils ont habité, & de qvalité, & des productions de ce pays.* A. 1764. Ibidem, p. 145 =174. *Quatriéme Mémoire &c. Juſtification de l'origine Cananéenne des Pheniciens* A. 1764. *Memor. Lit.* Tom. XXXIV. p. 193 =227. *Cinqviéme Mémoire &c. Deſcription Géographiqve & Hiſtoriqve de la côte de Phénicie, & des Monumens, qvi s'y trouvent.* A. 1765. ibidem. p. 228 =276. *Sixieme Mémoire &c. Continuation de la Deſcription Géographiqve & Hiſtoriqve de la côte de Phenicie*, &c. A. 1766. Ibidem. p 277.=351. *Septiéme Mémoire* &c. *Des principes de la Religion des Pheniciens. De leur Cosmologie.* A. 1766. Ibidem. p. 352 =375. *Huitieme Mémoire ſur les Phéniciens. Hiſtoire de premiers hommes, ſelon Sanchoniaton*, A. 1767. *Memor. Lit.* XXXVI. p. 1.=29. *Neuviéme Mémoire ſur les Phéniciens. Origine de l'idololatrie chez les Pheniciens.* A. 1768. ibidem. p. 30 =52. *Dixième Mémoire* &c. *Des Dieux mortels adores en Phenicie.* A. 1768. Ibidem. p. 53 =85. *Onziéme Mémoire* &c. *Du culte religieux des Phéniciens.* A. 1769. Ibidem. p. 86.=112. *Douziéme Mémoire* &c.

Svite

SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEXTA.

Principibus.

Carolo VI. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.

Suite du culte Phénicien, & des pratiques relig de ce peuple. A. 1770. *Memor. Lit.* Tom. XXX p. 1 =39. *Treiziéme Mémoire sur les Phéniciens. te du culte* &c. Ibidem. p. 40.=73. *Quator Mémoire* &c. *Du Gouvernement de la Phénicie ses différentes révolutions.* A. 1771. *Memor.* XXXVIII. p. 74=100. *Quinzième Mémoir Suite du Gouvernement de la Phenicie* &c. A. Ibidem. p. 101.=130. *Seizième Mémoire &c. du Gouvernement* &c. A. 1772. Ibidem. p. 1 166. *Dix-Septiéme Mémoire* &c. A. 1772. M *Lit.* Tom. XL. p. 1.=47. *Dix-Huitiem moire* &c. *des Loix de ce Peuple, & des P des Delits.* A. 1774. *Memor. Lit.* Tom. XI 48=68. *Dix-Neuviéme Mémoire de la Mili ces Peuples.* A. 1774. Ibidem, p. 68.=107. tiéme Memoire &c. *De leurs Villes, de leurs ces, & de leurs Meubles.* A. 1774. Ibidem. p. =134. *Vingt-uniéme Mémoire &c. Des Mari & des Vetemens.* A. 1775. Ibidem. p. 135.=

Nat. 1698.=⊖. 1771.

Eloge de Mſr. l'Abbé Mignot, par Mr. Le Hiſtor. Acad. Reg. Inſcript. Pariſ. Tom. XXX p. 248.=256.

| 1730. | *Johannes Franciscus* du BELLAY, D nus DV RESNEL, Abbas, Rhetor, & Phi gus Academiae bonarum literarum Pariſienſis, E meridum Pariſienſium (*Journal des Savans,*) poſtremus auctor & *Popianorum* ſcriptorum i pres Francicus, veluti hoc anno: *Eſſai ſur la cri traduit de Pope.* Eiusque praeterea ingenii hi tiſſimum libri & disputationes ſunt teſtes: *R ches ſur les Poëtes couronnés, Poëtae Laurea* 1733. in *Mémoriis Literat. Pariſ.* Tom. XV. p. =

AER. CHR. PARS SEXTA

=263. ed. *Amſtelaed.* — *Qv'elles étoient chez les Anciens les fonctions & les prérogatives des Ambaſſadeurs.* A. 1735. *Hiſtor. Acad. Pariſ.* Tom. VI p. 87.=103. ed. Amſtel. ſive Vol. XII. p. 57. ſeq. ed. *Pariſ.* — *Recherches ſur les Combats & ſur les Prix propoſez aux Poëtes & aux gens de Lettres parmi les Grecs & les Romains*, A. 1734. *Memor.* Tom. XIX. p. 522=547. ed. *Amſtel.* ſive Vol. XIII. p. 331. ſeq. *Pariſ.* — *Alexandre Pope les Principes de la Morale & du Goût en deux Poëmes, traduit de l'Anglois par Mr. du Reſnel, Paris* 1737. 8. — *Recherches ſur Timon le Miſantrope*, A. 1738. in *Memor. Literat.* Vol. XIV. p. 74.=83. ed. *Pariſ.* — *Reflexions Generales ſur l'vtilité des belles lettres, & ſur les inconvéniens du Gout excluſif, qvi paroit s'établir en faveur des Mathematiqves & de la Phyſiqve*, A. 1741. *Hiſtor. Acad.* Vol. XVI. p. 11.=37. ed. *Pariſ.* — *Recherches Hiſtoriqves ſur les Sorts, appelés communément par les Payens*, Sortes Homericae, Sortes Virgilianae, &c. *& ſur ceux, qvi parmi les Chretiens ont été connus ſous le nom de* Sortes Sanctorum. in *Memoriis Literar.* Vol. XIX. p. 287.=310. ed. Paris.

Nat. 1692.=Θ. 1761.

vid. *Eloge de Mſr. l'Abbé du Resnel*, par *Mr. le Beau. Hiſtor. Acad. Paris.* Tom. XXXI. p. 325. =330. — *Neue Gelehrte Europa.* Part. XVIII. p. 453.=455.

| 1730. | *Johannes Baptiſta* SVCHAEVS, (vulgo: *Souchay*,) Sanctamandienſis Gallo-Francus, Abbas, & Philologus Academiae Regiae Pariſienſis, hoc anno *Juliani Fleury Auſonium in vſum Delphini recenſuit, ſupplevit, emendavit, Diſſertationem de vita & ſcriptis Auſonii*, ſuasque *Animadverſiones adiunxit, Pariſiis*, 1730. 4. mai. duobus codicibus. mox in Academiae bonarum artium Commentariis haec

SAEC. XVIII.	AER CHR	PARS SEXTA.
Principibus.		ſuae literarum peritiae argumenta reliquit: *ſur les Pſylles.* A. 1730. *Memor. Literat.* p. 431.=452. ed. *Amſtel. Discours ſur l'E* 1726. Ibidem, p. 532.=560. *Premier Dis les Poëtes Elegiaqves.* A. 1728. Ibidem, p. 56 *Second Diſcours ſur le Poëtes Elegiaqves.* A. 1 dem, p. 611.=632.— *Des Embraſemens du M ve*, A. 1733. *Hiſtor. Acad. Inſcr.* Tom. V. p. — *Discours ſur l'origine & le Caractere de l'E* A. 1731. *Memor. Literat.* Tom. XIII. p. 473: *Examen d'un paſſage de Ciceron*, A. 1734. *H* Tom VI. p. 325 =329. ed. Amſtel. ſive Vo 210. ſeq. ed. *Paris.*— *Diſſertation ſur les Hymn ciens. Premiere Partie.* A. 1738. *Memor* Tom. XVIII. p. 1 =22. ed. Amſt. ſive *Vol.* ſeq. ed. *Paris.* — *Sur Mécenas.* A. 1734 *Mem* Tom. XIX. p. 125 =149. ed. *Amſtel.* ſive V p. 81. ed. *Paris.* — *Examen d'un Paſſage de Epiſt.* 50. A. 1740. in *Hiſtor. Acad.* Vol. 193. 194. ed *Paris. Mémoires ſur les Sec ſophiqves*, A. 1739. *Memor.* Vol. XIV. p. 1= *Paris* — *Diſſertation ſur les Hymnes des An conde Partie.* A. 1742. *Memor. Literat.* V p. 93.=105. *Troiſieme Discours ſur les Po giaqves.* A. 1743. Ibidem, p. 399.=411. e Nat. 1687 =Θ. 1746. v. *Eloge de Mr. l'Abbé Souchay, par Mr.* *Hiſtor. Acad. Reg. Inſcript.* Vol. XVIII. p. 45
Carolo VI. *Joſephi* Fratre 1711. = 1740.	circa 1730.	*Ioſephus Emmanuel* MINIANA, nus, Hiſtoricus, *Marianae* Hiſto panicae amplificator. Prodierunt enim *I nae, Soc. Ieſu, Hiſtoriae De rebus Hispan* XXX. & acceſſerunt *Fr. Ioſephi Emmanuel nae, Valentini, ordinis SS. Trinitatis Redemt tivorum, Continuationis novae Libri X. cum*

Digitized by Google

Regum, Tomi IV. Hagae Comitum, 1733. fol.
vid. *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 764.

| 1730. | *Ericus* PONTOPPIDANVS, Aarhuſa-Cimber, Theologus, & Hiſtoricus Danus, cuius haec ſunt ſcripta: *Theatrum Daniae veteris & modernae, oder, Schaubühne des alten und ietzigen Dännemarks*, *Bremen*, 1730. 4 *Marmora Danica ſelectiora, ſive Inſcriptionum, quotquot per Daniam ſuperſunt ... Fasciculus &c. colligente & adornante Erico Pontoppidano*, Tom. I. *Hafniae*, 1739. & Tom. II. 1741. fol. v. *Nov. Act. Erud.* 1743. *Auguſto* p. 433 =440. — *Annales Eccleſiae Danicae Diplomatici. Pars* I. *Hafniae.* 1741. 4. v. *Nov. Act. Erud.* 1743. Octobr. p. 578. =584. & *Pars* II. *Hafniae*, 1744. 4. it. *Nov. Act. Erud. Supplem.* Tom. VIII. Sect. IX. p. 426. =429. nec non *Atlas Danicus*, quem de danico theotiscum fecit, obſervationibusque illuſtravit *Joh. Adolph. Scheiben. Hafniae*, & *Hamburgi*, 1766. 1767. 4.
Nat. 1698 =Θ.
vid. *G. Stolle* ad *Heumannum*. p. 789. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1527. — *Nachricht von den Leben und Schriften des Hern Pontoppidans*, in der *Däniſchen Bibliothek*. VIte ſtuk. n. XV. a p. 702.

| 1730. | *Johannes Auguſtus* ERNESTI, Tennſtadienſis Thuringus, Theologus, Rhetor, Criticus, & Philoſophus primum Scholae Thomanae, tum Academiae Lipſienſis, qui, vt imagini eius a *J. Elia Haid* depictae, A. 1776. veriſſime ſubſcriptum legi, *et docendo et ſcribendo rebus divinis humanisque plurimum luminis attulit.* Primum hoc anno inclareſcere coepit, cum *Voluntatis emendationem per ſaltum* impugnaret *Lipſiae*, 1730. 4 quam disputationem Academicam iure *pulchram* vocavit *Io. Matthi. Geſnerus*, ad *Iſagogen.* §. 1372. p. 594. Tom. II. &

SAEC. XVIII.	AER CHR	PARS
Principibus.		ſuae literarum peritiae … *ſur les Pſylles.* A. 17… p. 431.=452. ed. … 1726. Ibidem, p. … *les Poëtes Elegiaq…* *Second Diſcours* … dem, p. 611.= … *ve*, A. 1733. … — *Discours* … A. 1731. … *Examen* … Tom … 210. … *cier* … T…
Carolo VI. *Joſephi* Fratre 1711. = 1740.		

…praecep…
…ntatis ſenſum &
…um cauſas hodierna
…ctant omnes eius libri m…
…, quorum a me cenſum nem…
…o aliis iam actum, denuo quis i…
…uit. Id duntaxat indicare liceat, de Sc…
…ipſiae 1748. 8. iudicaſſe *Nov. Acta Erud.* …
…ovembri, p. 636=645. & de *Ariſtophane* A. …
Mart. p. 104.=109. *Opuscula* eius *Oratoris* …tis partibus auctiora iterum prodiiſſe *Lugduni* …*vorum*, 1767. 8. *Opuſcula Theologica*, Lipſiae … 8. paſſim notata eſſe a Berolinenſibus *Bibl.* …*communis theotiscae* auctoribus, in *Supplementis* … XIII. vsque ad XXIV. Sect. I. p. 97.=102. … adulatores eius valde placuiſſe *Novae Bibliothecae* …*logicae* theotiscae auctoribus *Lipſienſibus*, P… Sect. II. p. 343. & Part. III. Sect. I. p. 148.

Nat. 1707.=⊖. 1781.

Variat eius imago pro aetatis ratione. Om… accuratiſſima eſt, quae Ciceronianae editioni… tiae velut atrium ornat.

vid. *Hambergeri Germania erudita*, voc. p. 24… ed. tertiae, & *Jo. Georg. Meuſelii* Supplementa … 121. — *Formulae ac diſciplinae Erneſtianae in…* *conditionem veram adumbrare conatus eſt* Caro…*vicus Bauerus*, Rector Scholae Hirſchbergenſis.

PARS SEXTA.

scriptorum Erneſtianorum Elogi-
tum, Lipſiae, 1782. 8. v. *Bi-*
II. Part. III. p. 116.=131.
uſtand der deutſchen Litte-
ie ſtudierende Jugend in

SKVCHE, Neo-
alvinianus, & Phi-
lis, hoc anno *Diſſerta-*
ulino, *Bremae*, 1730. 4. de-
ilia illius literarum ſacrarum ge-
a, a *Ferd. Stoſchio* V. C. indicata, in
otulit. Animadverſiones in ſacrum Co-
ex Itineribus collectae, (*Erläuterung der Hei-*
gen Schrift aus Morgenländiſchen Reiſe-Beſchreibun-
gen geſamlet,) *Lemgoviae*, 8. & *Diſſertationes philolo-*
gicae tres Henr. Crantzii, Eman. Suſtman, et Nicod.
Friſchlini, typis ab eo repetitae, lucem viderunt
Rintelii, 1750. 8. Nat. 1710.=Θ. 1755.
vid. *Nova erudita Europa*, Part. IX. p. 72.=76.

| circa | *Johanes Georgius* FRICKIVS, *Johannis*,
| 1730. | de quo V. 390. Fil. Vlmenſis, Theologus,
& Philologus eiusdem vrbis, proximo anno ſuam
De Druidis occidentalium populorum philoſophis Commen-
tationem in Lyceo Vlmenſi contra certantium dubi-
tationes aſſeruit, quam deinceps poſt immaturam
eius mortem multis locis auctiorem & emendatio-
rem edidit frater germanus, *Albertus Frickius. Vl-*
mae, 1744. 4. (v. *Nov. Act. Erudit.* 1745. *Jun.*
Part. I. p. 327.=334.
Nat. 1703.=Θ. 1739. eodem, quo pater
Johannes, Anno.
vid. *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 641. — *Catal.*
Bibl. Bunav. Tom. I. Vol. II. p. 1254.

Digitized by Google

SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEXTA.

Principibus.

Carolo VI. Josephi Fratre 1711. = 1740

cum biennio post *Philosophiam perfectae Gramma* *ad Quinctil. I. Institut. Orat.* c. 9. *Lipsiae* 1732. defenderet. quarum neutra Diatribe Academica *Opusculis* eius *Criticis* repetita fuit. Deinde n prius, neque antiqvius habuit, quam eleganter gitandi & scribendi facultatem indissolubili vin nectere, Philosophiae & Theologiae formul barbarie liberare, veterum Graeciae & Latii S torum tabulas in vsum revocare, verae interpre nis & eloquentiae legum sanitatem praecepti re tueri, Ciceronianaeque latinitatis sensum & tilitatem ad multarum rerum causas hodiernas commodare. Eo spectant omnes eius libri ma minorisue moduli, quorum a me censum nemo qvirat, nisi ab aliis iam actum, denuo quis in ter agi velit. Id duntaxat indicare liceat, de So eius *Lipsiae* 1748. 8. iudicasse *Nov. Acta Erud.* L *Novembri*, p. 636 =645. & de *Aristophane* A. *Mart.* p. 104.=109. *Opuscula* eius *Oratoria* tis partibus auctiora iterum prodiisse *Lugduni* *vorum*, 1767. 8. *Opuscula Theologica*, Lipsiae 8. passim notata esse a Berolinensibus *Bibliot* *communis theotiscae* auctoribus, in *Supplementis* T XIII. vsque ad XXIV. Sect. I. p. 97.=102. n adulatores eius valde placuisse *Novae Bibliothecae* *logicae* theotiscae auctoribus *Lipsiensibus*, Part Sect. II. p. 343. & Part. III. Sect. I. p. 148.

Nat. 1707. =Θ. 1781.

Variat eius imago pro aetatis ratione. Omn accuratissima est, quae Ciceronianae editionis tiae velut atrium ornat.

vid. *Hambergeri Germania erudita*, voc. p. 24 ed. tertiae, & *Jo. Georg. Meuselii* Supplementu 121. — *Formulae ac disciplinae Ernestianae ind conditionem veram adumbrare conatus est Carolus vicus Bauerus*, Rector Scholae Hirschbergensis

Digitized by Google

ceſſit praeter Indicem ſcriptorum Erneſtianorum Elogium B. viri publice ſcriptum, *Lipſiae*, 1782. 8. v. *Bibliothecae Criticae* Vol. II. Part. III. p. 116.=131. — *über Erneſti und den Zuſtand der deutſchen Litteratur bey ſeinen Tode, an die ſtudierende Jugend in Deutſchland. Leipzig.* 8.

| 1730. | *Balthaſar Ludovicus* ESKVCHE, Neoſtadio-Caſſellanus, Theologus Calvinianus, & Philologus Academiae Rintelenſis, hoc anno *Diſſertationem de Naufragio Paulino*, *Bremae*, 1730. 4. defendit, nec pauca alia illius literarum ſacrarum generis argumenta, a *Ferd. Stoſchio* V. C. indicata, in medium protulit. Animadverſiones in ſacrum Codicem ex Itineribus collectae, (*Erläuterung der Heiligen Schrift aus Morgenländiſchen Reiſe-Beſchreibungen geſamlet*,) *Lemgoviae*, 8. & *Diſſertationes philologicae tres Henr. Crantzii*, *Eman. Suſtman*, *et Nicod. Friſchlini*, typis ab eo repetitae, lucem viderunt *Rintelii*, 1750. 8. Nat. 1710.=Θ. 1755.
vid. *Nova erudita Europa*, Part. IX. p. 72.=76.

| circa | *Johanes Georgius* FRICKIVS, *Johannis*, | 1730. | de quo V. 390. Fil. Vlmenſis, Theologus, & Philologus eiusdem vrbis, proximo anno ſuam *De Druidis occidentalium populorum philoſophis Commentationem* in Lyceo Vlmenſi contra certantium dubitationes aſſeruit, quam deinceps poſt immaturam eius mortem multis locis auctiorem & emendatiorem edidit frater germanus, *Albertus Frickius*, *Vlmae*, 1744. 4. (v. *Nov. Act. Erudit.* 1745. *Jun.* Part. I. p. 327.=334.
Nat. 1703.=Θ. 1739. eodem, quo pater *Johannes*, Anno.
vid. *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 641. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1254.

Digitized by Google

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus. — *Carolo IV. Josephi Fratre 1711. = 1740.*	| 1730. |	*Carolus Guilielmus* GAERTNER Dresenensis, ICtus & Historicus Academiae Lip sis, nonnullis quidem antea Lipsiae editis disputa bus inclaruerat, maxime tamen famae dignit meruit *Saxonum Legibus tribus*, ab eo illustratis, *Lege Frisionum & Sibr. Siccamae* adnotation *Lipsiae*, 1730. 4. *Speculo Saxonico* ad fidem rum scriptorum recognito, praemissaque e praefatione de auctore, aetate, codicibus scr editionibusque Speculi, *Lipsiae*, 1732. fol. nec Tabulario actorum Pacis Westphalicae, (*Wes lische Friedens Cantzley*,) *Lipsiae*, 1732 = 173 novem partibus.
		Nat. 1700 = ☉.
		vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. 1259.
	| circa | 1730. |	*Theophilus* GRABENERVS, Zschop ensis Misnicus, Philologus Scholae pri Freibergensis, postea Afranei Misenensis, cuius do & fideli institutione me usum esse gratus profit Plura quidem antea scripserat, sed ab hoc circ tempore industriae & doctrinae eius laus ma cepit incrementa.
		Nat. 1685. = ☉. 1750.
		Icon eius extat in limine eius Vitae.
		vid. omnino de eius vita & scriptis *Evocati divinarum in vita desideratissimi Parentis .. The li Grabeneri, Rectoris quondam illustris Afranei tio, Deo, Parenti, Posteris .. debita, literisque co nata a Christiano Godofredo Grabenero, Rectore Sch Novae urbis ad Dresdam. Dresdae, & Lipsiae*, 175
	| circa | 1730. |	*Johannes* GRYNAEVS, Basilee Theologus, & Philologus eius vrbi cademiae.

Nat. 1705.=Θ. 1744.
vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1288. — Auctor *Athenarum Rauricarum*, in *Profeſſoribus Novi Teſtamenti*, n. XIV. p. 79.=81.

| 1730. | *Hermannus Vlricus* à LINGEN, Philologus, & Archaeologus Gothanus, aliquot iam annis ante commemorari potuerat, ob *Schediaſma de origine & inventoribus pecuniae & numismatum, quo probatur inventum pecuniae non ad Ebraeos, Lydos, aut Graecos, ſed potius ad Phoenices referendum eſſe*, vbi etiam *acceſſit*, neſcio quam vera, *demonſtratio, Romanos iam ante Servium regem pecunia vſos eſſe*, *Jenae.* 1715. 4. ſed maxime tamen innotuit ſcriptorum minorum Sylloge, (*Kleiner Teutſcher Schriften, in welchen allerhand aus der Antiqvitaet, Hiſtorie, Chronologie, Genealogie, Numismatic, und andern Wiſſenſchafften hergenommene Materien abgehandelt werden, erſter, anderer, dritter Theil. Wittenberg.* 1730. 1732. 1734. 8.
v. *G. Stolle* ad *Heumannum.* p. 733.

| 1730. | *Erneſtus Ludovicus* RATHLEF, Ephorus Nienburgenſis in Comitatu Hoyenſi, Theologus, Hiſtoricus, & Biographus, hoc anno *Diſſertationem de Simulacro Nebucadnezaris aureo ad Dan.* III. 1. *Helmſtadii* vulgavit: poſtea *Goettenii* vitas eruditorum ſtilo perſecutus eſt, hac tituli formula: *Geſchichte ietztlebender Gelehrten, als eine Fortſetzung des ietzlebenden Gelehrten Europa, Zelle*, 1740.=1744. 8. octo partibus.
Θ. 1768.
vid. *Hambergers Gelehrtes Teutſchland*, Sect. II. p. 338. f. ed. prior. in ſubſequentibus enim editionibus memoria eius deeſt.

| 1730. | *Johannes Fridericus* REITZIVS, Brunfelſo-

Principibus.

Carolo VI. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.

felso Wetterarius, *Guilielmi Ottonis*, & *Caroli C* frater natu maximus, Medicus, & Philologus pri Gymnasii Hieronymiani, postea Academiae Rh Traiectinae, circa id tempus iam laboris *Verburgi* edendo *Suikeri* opere socius fuit, quam ob causam, terquam quod prior aetate, antiqviori etiam loc tre *Gvilielmo Ottone* ponendus erat, tametsi non quid suo nomine, quam A. 1734. declamat scholasticam *de origine Gymnasii Hieronymian* gaverit. Quid porro scripserit, vel edendum verit, id notius est, quam vt a me commem debeat. Paulo ante mortem *Neoporti Rituum K norum succinctam Explicationem* sextum recen *Trai. Rhen.* 1774. 8. addita praefatione, in qu tiqvum obtinuit.

Nat. 1695.=Θ. 1778.

vid. *Jo. Christo. Strodtmanni Nova erudita E* Part. I. p. 1.=13. & Part. IX. p. 85.=89. — *bergers Gelehrte Teutschland.* voc. p. 939. ed ter & *Meusels Nachtrag*, p. 399. — De eius lib *verbis Mediis & contrariis* iudicavit *Gesnerus* ad *gogen*, §. 1151. p. 421. Tom. II.

| 1730. | *Guilielmus Otto* REITZIVS, sive, v se interdum scripsit REIZIVS, Vffenbacensis, *hannis Friderici* frater, ICtus, & Philologus G nasii Mediobvrgensis, hoc anno *Belgam Grae tem*, *Roterodami.* 8. in lucem protulit, neque substitit eius industria, sed aliis postea iuridi philologici argumenti scriptis, aliunde cogno dis, literatae iuris antiqui scientiae profuit *Pr tionum* eius *in Gymnasio Mediobvrgensi primae dos*, *Mediobvrgi* 1737. 8 mai. ratio habita e *Nov. Act. Erud.* 1740. *Novembri* mense, p. 6 657. & *Theophili Paraphrasin Graecam Institut Caesarearum cum integris virorum doctorum adnot*

bus, & ipſius *Reitzii*, *Hagae Comitum*, 1751. 4 mai. itidem Lipſienſes in compendium miſerunt in *Nov. Act. Erud.* 1752. *Septembris* Part. I. p. 481.=488. Nat. 1702.=Θ. 1769.

vid. *I. C. Strodtmannus* in *Nova erudita Europa*, Part. III. p. 846.=854. & Part. XIII. p. 250.

| 1730. | *Johannes* RICHEY, *Michaëlis*, de quo ad VI. 85. in *Anal.* Fil. Hamburgenſis, ICtus, & Philologus eiusdem vrbis, hoc anno disceptatore *G. Cortio*, *Vindicias Praetoris Romani et Iuris honorarii*, *Lipſiae*, 1730. 4. defendit, quae poſtea *Lugduni Batav.* 1748. 8. typis recuſae fuerunt.

Nat. 1706 =Θ. 1738.

vid. *Jo. Dan. Ritterus* in Adnotationibus ad *Heineccii Hiſtor. Iuris* L. I. c. III. §. LXX. p. 137. 138.

| 1730. | *Chriſtian. Ludovicus* SCHEIDIVS, Waldenburga-Hohenloicus, ICtus, & Hiſtoricus Academiae Gottingenſis, dein Hanoveranus, eo anno *De obligatione poſſeſſoris bonae fidei ad rem domino reſtituendam ex Iurisprudentia univerſali*, *Altorfi*, 1730. 4. diſſeruit, poſtea recte atque ordine fecit, cum *Godofr. Guil. Leibnitii Protogaea*, *ſ. de prima facie telluris et antiquiſſimae hiſtoriae Veſtigiis*, in lucem ederet *Gottingae*, 1749. 4. mai. ſimul *Io. Georgii Eccardi Libris duobus de origine Germanorum*, *eorumque vetuſtiſſimis coloniis*, *migrationibus*, *ac rebus geſtis* praefaretur Gottingae, 1750. 4.

Nat. 1709 =Θ. 1761.

vid. *Io. Stephani Putteri Specimen Hiſtor. Liter. Academ. Gottingenſis*, p. 53.=55.

| 1730. | *Godofredus* SELLIVS, Gedanenſis, ICtus, Philologus, & Philoſophus, primum Göttin-

SAEC. XVIII. | AER. CHR | PARS SEXTA.

Principibus.

Carolo VI. *Josephi* Fratre 1711. = 1740.

genſis, tum Halenſis Academiae, poſtea muta
vt ſuſpicio eſt, ſacrorum disciplina, Pariſienſis,
anno *Diſſertationem Philoſophico-Juridicam de In*
nario, *quod ſcientiis adhaeret, in Iurisprudentia*
gendo, *Lugduni Batavorum*, 1730. 4. in publi
emiſit. Paulo poſt *Commentatione ad locum M.*
rentii Varronis de Re Ruſt. L. II. c. I. de nom
Romanorum brutiſonis, *Halae Magdeburgicae*,
4. ſcholas ſuas publicas privatasque aperuit.
Commentationem leniter notavit *Io. Gasp. Hagenb*
in *Epiſtolis Epigraphicis*. p. 69. Cum Pariſios
tunarum ſedem tranſtuliſſet, iunctis cum *Du Je*
nio operis, Hiſtoriam Bataviae ex *Wagenario*, &
francico ſermone conſarcinaſſe videtur, hoc ſub
lo: *Hiſtoire Generale des Provinces vnies dediée a*
le Duc d'Orleans par MMD . . . . (Du Jardin)
cien Maitre des Reqvetes, *& S.* . . . . (Sellius)
l'Academie Imperiale & de la Societé Royale de
dres, *à Paris*, 1757. ſeq. 4. vivo adhuc *Sellio*,
que codicibus, abſoluta erat, eo vero mortuo,
alii acceſſerunt, in qvibus octavus etiam Deſcr
nem Eccleſiae Traiectinae continet.

Θ. 1767.

v. *Hambergers Gelehrte Teutſchland*, Sect. II.
424. ed. prior. — *Putteri Specimen Hiſtoriae L*
rariae Acad. Gottingenſis. p. 85. — De hoc b
rum ſuorum decoctore ſingularia quaedam h
Gesnerus ad *Iſagog*. §. 150. p. 660. Tom. II.

| circa | 1730. | *Johannes Vdalricus* TRESENREV
RVS, Ezelwanga-Sulsbacenſis, Phi
gus Gymnaſii Coburgensis.

Nat. 1710. = Θ. 1744.

vid. *Vita & Opuſcula conſcripta*, *collecta*, *con*
Iob. Paulo Roedero, *Norimbergae*, 1745. 4. q

etiam meminit, *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1659.

| 1730. | *Chriſtianus Henricus* TROTZIVS, Colberga-Pomeranus, ICtus, & Philologus primum Franequeranae, tum Rheno-Traiectinae Academiae, hoc anno *Diſſertationem de Termino moto*, *Trai. Rhen.* 4. evulgavit, poſtea ſe multa vndique congerere poſſe, *Praefatione ad Jacobi Godofredi Opera Juridica minora*, L. B. 1733. fol. *Tractatu Juris de Memoria propagata, ſeu de ſtudio veterum memoriam ſui propagandi*, *Trai. Rh.* 1734. 8. adnotationibus ad *Hermanni Hugonis de prima ſcribendi origine opusculum*, *Trai. Rh.* 1738. 8.. Praefatione ad *Gvilielmi Marani Opera omnia*, Trai. Rh. 1741. fol. (*Nov. Act. Erud.* 1741. *Maio*, p. 255=263.) *Oratione de libertate ſentiendi dicendique Iurisconſultis propria*, *Franequerae*, 1741. fol. (*Nov. Act. Erud.* 1743. *Jan.* Part. II. p. 358.=360.) *Theſibus Iuris publici ad leges foederati Belgii fundamentales . . . commilitonum disputationi ſubiectis*, *Franequerae* 1745. 1746. 4 (*Nov. Act. Er.* 1747. *April.* p. 206.=214. aliisque ſcriptis abunde demonſtravit.

Nat. 1701.=Θ. 1773.

vid. *Nova erudita Europa*, Part. IX. p. 193.=200. — *Elogium* in *Emon. Lucii Vriemoet Athenis Friſiacis*, n. CXVII. p. 841=843. — *Hambergeri Germania erudita*, Sect. III. p. 484. ed. pr. p. 811. 812. edit. ſecundae.

| circa 1730. | *Thomas* GORDONVS, civilis prudentiae auctor, Taciti interpres Anglicus, cui debentur *The Works of Tacitus. Vol. I. containing the Annals, to which are prefixed political diſcourſes upon that author. Vol. II. containing his five Books of*

Principibus. Carolo VI. Josephi Fratre 1711 = 1740.

Hiſtory &c: with political diſcourſes, London, 1731. fol. quae obſervationes politicae deinc francicum ſermonem converſae prodierunt ho indice: *Discours Hiſtoriqves, critiqves, & Po ſur Tacite par Mr. Thom. Gordon, traduits d glois par Mr. D. S. L., Amſtelaedami,* 1742. 8. bus codicibus. Eodem pacto *Salluſtium* loqui iuſſit: *The Works of Salluſt tranſlated in glish. Londini,* 1748. 4. mai. v. *Nov. Act.* 1749. Part. II. p. 178=190.

| circa 1730. | *Gerhardus Ten* KATE, Zutphanie Theologus primum Lingenſis, tum D trienſis, tandem Academiae Harderovicenae.
Nat. 1699 =Θ. 1749.
Car. Conr. Reitzius Meritis Gerhardi ten Theologi Harderovicenſium. Harderouici, 1749.

| 1730. | *Daniel* VINCKIVS, *Vltraiectinum* ſcripſit in Albo Academiae noſtrae, A. 1728. *kenborchii* discipulus, arg. *Amoenitatum* eius, p. *Johanni & Ottoni Arntzeniis* amicus, arg. earum *Amoenitatum* p. 34. 68. hoc anno *Amoenitates P gico-Medicas* edidit Trai. Rhen. 1730. 8.

| 1730. | *Jacobus* VOORDA, Harlinga-Fri non profecto de vulgo ICtus, & Philologus, Franeqveranae, tum ab hoc anno Rheno-Traiect Academiae, quo eodem anno ſingulari & ele *Commentario Legem Falcidiam* illuſtravit *Harl* 1730. 8. nec minoris momenti ſunt eiusdem *pretationum & Emendationum Iuris Romani Libri Trai. Rh.* 1735. 8. & 1768. 8. item *Electorum ſingularis, Trai. Rhen.* 1749. 8.
Nat 1697.=Θ. 1767.
vid. *Elogium* in *Emon. Lucii Vriemoet Athe*

ſiacis n. CVIII. p. 812. ſ. — *Paqvot Mémoires*. Tom. VIII. p. 246.=248.

| 1730. | *Johannes Carolus van* WACHENDORFF, *Cornelii Antonii*, Syndici Clivienſis, poſtea noſtrae vrbis Magiſtratibus ab actis, Filius, ampliſſimi noſtri Senatoris *Caroli Antonii* Pater, ipſe Clivienſis, lCtus, & Philologus Traiectinus, hoc anno cultam *Diſſertationum Triadem* 1. *de Principe legibus ſoluto*, 2. *de conditione triticiaria*, & 3. *de Pactis nudis* evulgavit, *Trai. Rh.* 1730. 8. non multo poſt caput legis teſtamentariae Arnhemenſium (*Juridiſche Verhandeling over het VI. Articul des Statuuts der Stad Arnhem van den Jare* 1694. *concernerende de Teſtamentmakinge*. 1738. 4.) illuſtravit.

Nat. 1707.=Θ. 1740.

| 1730. | *Thomas* WOPKENSIVS, *Io. Clerici* discipulus, Theologus Arminianus, (argumento Epiſtolae *Lectionibus Tullianis* praemiſſae ad *Cattenburgium*, & *Clericum*) & Philologus Harlingenſis, hoc anno *Lectionum Tullianarum ſive in opera quaedam Ciceronis Philoſophica Animadverſionum Criticarum Libros tres* emiſit *Amſtelodami*, 1730. 8. poſtea non vnam in veteres quosdam Scriptores Animadverſionem *Miscellaneis Obſervationibus Criticis* inſerendam curavit, veluti T. Æ. W. S. *Obſervationes quasdam Criticas in Salluſtium de Bello Catilinario*, A. 1735. Vol. VI. Tom. I. p. 304.=312. *Obſervationes Criticas in Jul. Exſuperantium de M. L. S. Bellis civilibus & Porcii Latronis Declamationem contra L. S. Catilinam*, ibidem, Vol. VI. Tom. II. p. 329.=337. *Adverſaria Critica exprompta in Fl. Aviani Fabulas a viro eruditiſſimo H. Cannegietero editas*, A. 1736. Vol. VII. Tom. II. p. 197.=253. *Adverſaria Cri-*

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
Principibus. — *Carolo* VI. *Josephi* Fratre 1711. = 1740		*tica expromta in C. Velleii Paterculi Historiam* ... *nam*, A. 1737. Vol. VIII. Tom. I. p. 21.=80 ... *versaria Critica exprompta in Julii Obsequentis L.* ... *de Prodigiis*, eod. A. Vol. VIII. Tom. II. p. 2 ... 278. item *Adversaria in Aviani Fabulas* vin... ibidem. p. 278.=286. *Adversaria Critica in* ... *tiani Librum de Trinitate & Epistolam de Ci...* 1738. ibidem, Vol IX. Tom. I. p. 51.=71. ... =73. *Adversaria Critica in Velleium Paterculum* ... *celeberrimi Petri Burmanni Animadversionibus* ... *ta.* eodem Anno. Ibidem Vol. IX. Tom. ... 237.=281. *Adversaria Critica in Dictyn Cre...* *seu potius Q. Septimium de Bello Troiano.* A. ... *Miscellanear. Observat. Criticarum Novarum*, ... II. p. 1.=104. *Emendationes & Coniecturas in* ... *thographos Latinos*, in editione *Staverenii*, L. B. ... 4. *Adversaria Critica in Coelii Sedulii Carmina &* ... *nos*, A. 1743. Ibidem. Tomo IV. p. 152.=175 ... *versaria Critica in Paulini Petrocorii Libros de* ... *Martini.* A. 1745. Ibidem. Tomo VIII. p. 8... 927. tandem in *Justini Historias Philippicas* ... *madversiones Criticas.* A. 1751. Ibidem Tom. ... XII. p. 1.=348. Eius quoque adnotationes ad ... *tini Pacati Drepanii Panegyricum* servat edit... *Arnzenii*, Amstelodami, 1753. 4.

P *Burmannus*, in *Animadversionibus* ad *Thomas* ... *kenfii Adversaria Critica, Miscellan. Observationum* ... VIII. Tom. III. p. 356. *ignotum sibi hominem* ... vit, multumque ei invidiae, quod *Clericum* ... ceptorem laudaverat, & quod de Arminianis ... rum disciplina erat, conflare studuit. Sed ho... ipsi *Wopkensius* respondit, in Praefatione *Vindi...* suarum, Vol. IX. Tom. II. *Miscell. Observ.* p. ... 238.

Digitized by Google

| 1731. | *Eduardus* CORSINUS, Fananio-Ateſtinus, Clericus regularis Scholarum Piarum, Philologus, Archaeologus, & Philoſophus Academiae Piſanae, hoc anno *Inſtitutiones Philoſophicas ac Mathematicas in vſum Scholarum Piarum* ſcripſit *Florentiae.* 8 ſex codicibus. quarum Inſtitutionum cauſa varios nactus eſt adverſarios, primum perſonatos homines Q. *Sectanum*, eiusque interpretem *Philocardium*, tum *Franc. Hoffmannum*, Philoſophum Academiae Pragenſis, *Fundamentum univerſae Philoſophiae Moralis*, *Pragae*, 1749. edentem, cui tamen auctor incertus *Vindiciarum pro Eduardo Corſino*, *Coloniae*, 1752. 8. respondit. (v. *Nov. Act. Erud.* 1754. *Februar.* p. 92.=95.) Deinceps non vno ingenii & eruditionis ſuae monumento cum rerum Atticarum memoriae, tum literis Epigraphicis, Numariisque egregie profuit, tanqvam *Faſtis Atticis, in quibus Archontum Athenienſium ſeries, Philoſophorum aliorumque illuſtrium virorum aetas atque praecipua Atticae Hiſtoriae capita .... illuſtrantur. Florentiae*, Tomo I. 1744. Tomo II. 1747. (v. *Nov Act. Erudit.* 1751. *April.* p. 200.=209.) *Tomo* III. 1751. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1753. *Julio*, p. 389.=397.) & Tomo IV. 1759. 4. — *Diſſertationibus IV. Agoniſticis, quibus Olympiorum, Pythiorum, Nemeorum, atque Iſthmiorum tempus inquiritur ac demonſtratur*, *Florentiae*, 1747. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1751. *Julio* p. 401.=408. *Notis Graecorum, ſive Vocum & Numerorum Compendiis collectis & illuſtratis*, vna cum *Diſſertationibus ſex, quibus Marmora quaedam tum ſacra tum profana exponuntur ac emendantur. Florentiae*, 1749. fol. (v. *Relationes Gottingenſes de Libris Novis*, Vol. I. Faſc. IV. n. IX. p 457.=477. & *Nov. Act. Erud.* 1751. Julio p. 385.=401.) *Plutarcho de Placitis Philoſophorum*, latine reddito, & annotationibus, diſſertationibus-

que

SAEC. XVIII.	AER. CHR.	PARS SEXTA.
ɔitae fuerunt, ad afferendam tamen populo de eius Senatu literario ſententiae dicundae iure opinio-m idonea. Cuius vltra vulgus ſapiendi cupiditatis ɡeniique fructum cepit hunc, vt cenſeretur di-ius, quo ill. *Byncker shoekius* familiariter vteretur, ɥue *Cenſuras* quasdam & *Defenſiones Veterum* :*torum latinitatis* publice illuſtrandas commenda-t, cuius etiam Viri egregii votis edita non multo ɔſt *Opuſculorum Variorum de Latinitate ICtorum eterum* Sylloge noſter cumulate ſatisfecit (*m*). Nec inori eum amoris & obſervantiae ſtudio proſecutus t *Jacobus Perizonius*, ille perveteris hiſtoriae nicus & feliciſſimus inſtaurator, a quo, graviſſime ɐgrotante, mortique proximo, cum, exemplo aliis nitando, Illuſtres Academiae *Leidenſis* Curatores rivatim percontati eſſent, ecquem ſibi, dignitatis terarum cauſa, ſuccedi ex animi ſententia vellet, ianc duorum Candidatorum, *Petri Burmanni*, ma-oris, & *Caroli* noſtri *Andreae Dukeri* optionem Maecenates accepiſſe, non tam ferunt, quam certo nihi auctore conſtat (*n*). Quamquam vero *Bur-nanno*, per quatuor propemodum luſtra in noſtris Academiae ſpatiis magna nominis & meritorum ce-

le-

(*m*) *Lugduni Batavorum*, 1711. 8.

(*n*) *Eloge de Mr. Jacques Perizonius*, in *Hiſtor. Critica Reipu-blicae Literariae* Tom. IX. p. 423.

Digitized by Google

lebritate elato, *Dukerus* noſter illic cedere debuerat, tamen ab ampliſſimis Academiae noſtrae Curatoribus, honorificentiſſimo *Perizonii* praeiudicio verisimiliter motis, hanc concordiſſimae ſuffragationis laudem abſtulit, vt poſt *Burmanni* ex hac Academia diſceſſum, in ſocietatem literatiſſimi *Arnoldi Drakenborchii* aſcitus, ſimul ſcholis *Hieronymianis*, etſi *Drakenborchio* creationis gradu & loco recentior, praeeſſe iuberetur. Quam geminati Duumvirorum Academicorum honoris copulationem non ideo decretam eſſe exiſtimaverim, quod aut ſolum *Drakenborchium*, aut ſolum *Dukerum*, vnius antea *Burmanni* ſuſceptis laboribus parem eſſe potuiſſe negaverint Magiſtratus, (*Dukerum* enim *Burmanni* ſimilem & aequalem ſumſerat valde idoneus hac in re iudex, *Perizonius*,) ſed quod ingeſcentes aliquantum apud nos literas graecas, admota *Dukeri* velut face, recaleſcere poſſe ſapienter ſibi perſuadebant. Interim quantum ſpei & fiduciae in *Dukero* repoſuerit *Perizonius*, id potiſſimum documento fuit, quod moriens affectas ſuas in *Pomponium Melam* adnotationes ipſius tutelae mandarat, petieratque, curaret, ne interciderent, aut quae deeſſe viderentur, arguta ſedulitate ſua adſciberet, & expleret. cui teſtatoris velut legi ſi *Dukerus* noſter morem ante gerere non potuit, quam

cum

m rude donatus *Iſalaſtenii* docte otiaretur, (o)
randum non erat. Ne quid enim dicam de ſu-
rtis, quae editionis voluntatem morabantur, im-
dimentis, continuo poſt (p) valde negotioſam in
c Academia *Hiſtorici* & *Rhetoris* provinciam, ha-
ta remotiori fortaſſis a vulgari intelligentia *Oratio-*
, de difficultatibus quibusdam interpretationis
rammaticae Veterum Scriptorum Graecorum &
atinorum, ingreſſus, tanta religione, animique con-
ntione aptam explicatamque dedit, vt ſaepe ne
ibuniciam quidem imbecillae valetudinis quaſi in-
rceſſionem: *Veto*, moraretur. Etenim non pauci
um fuerunt, qui de diuturnitate eius vitae dubita-
ent, quod ad has literarum excubias ſummos qui-
em ingenii & ſapientiae nervos, ſenectutis tamen
am adventantis, ſexti videlicet & quadrageſimi anni
etatem, corpusculumque ſuperioribus laborum vi-
iliis fractum & debilitatum attulerat. Vel ſic tamen
ninime laetabilem illam nonnullorum praeſenſionem
livina nixus ope ſuaviter fefellit, ſuique muneris
officia per duodeviginti annos ita exſecutus & tuitus
eſt,

(o) Haec quippe *Annotata ad Pomponium Melam*, Anno demum
ɔɔ ɔɔcxxxvi. *Iſelſteinio* ad Cel. *Dorvilium* miſſa fuerunt, in *Miſcel-*
aneis Obſervationibus Criticis edita, *Vol.* VII. Tom. III. p. 417. = 460.
& Vol. VIII. Tom. I. p. 97. = 140. Cf. *Vriemoet* in *Elogio Perizo-*
nii, p. 639. *Athenar. Friſiacarum.*

(p) A. ɔɔɔɔcxvi. ex *A. D.* V. *Kalendas Junias.*

Digitized by Google

eſt, vt alii ipſo longe valentiores vel plura, vel ma-
iora vix tentare potuiſſe viderentur. Neque ſo
anno, hoc eſt, huius Saeculi tertio & viceſimo pu-
dlice decretam ſibi Academiae noſtrae rectionem ſu-
ſcipere gravatus eſt, eamdem confecto vertentium
ſpatio ſucceſſori reddens, habita prudenti haud dub
& accurata *De incertis in Hiſtoria veteri & N*
Oratione. — Nolim, *Auditores*, levis animi Para-
ſter, Gnathorum certe diſciplinam numquam dic
Vobis videri, quod huic ſeu Orationi, ſeu Diſpu-
tioni, quam numquam vidi, legiue, nec quo abie-
rit, vllis indagare potui veſtigiis, prudentiae & ac-
curationis laudem tribuere audeo. Huius enim ve-
riſimilitudinem iudicii reliqua viri temperati, mode-
ratique ſcripta, a ceruſſatis Sophiſtarum buccis lon-
giſſime aliena, praeſtare iubent. — — Poſtquam
vero veteres illi, quibus identidem angebatur, do-
lores nephritici & iſchiatici acerbius eum cruciarent,
aſſiduamque doctrinae exquiſitae & variae commen-
tationem gravius interpellare coeperant, anno huius
Saeculi quarto & triceſimo, qui aetatis eius quar
& ſexageſimus erat, honeſtam ab Vrbis & Acade-
miae noſtrae Magiſtratibus miſſionem petiit, qua
non ſine quodam ſtipendii, vtinam non tenuiori,
quam pro eius meritorum magnitudine, commodo,
impetrata, votisque & bonis ominibus Collegarum
om-

Digitized by Google

nnium honoratus in vicinum nobis, ſed auſpi-
orum iuris *Hollandici* oppidum *Iſalaſtenium* ſe
ntulit, vt procul ab hominum ſtrepitu in otio,
c otioſus tamen, iſthic viueret. Neque tamen
ec ipſi conſtans, & perpetua fuit manſio, ſed
apſis aliquot annis, collecta vaſorum & librorum
pellectile, incertum, qua de cauſa, hanc ipſam
m alio iuris *Hollandici* oppido, *Viana* quippe,
ans *Leccam* fluvium, duabusque circiter leucis a
eteri noſtra *Traiectu* ſita, commutavit, quem ſe-
ſſum, magni *Nicolai Heinſii* exemplo, non tam
l commorandum, quam ad habitandum ſtabilem
bi legiſſe ſedem ideo mihi viſus eſt, quod aedes
i & hortum non conduxerat, ſed emerat, vt nul-
us arbitrio obnoxius non modo omnes abſtergeret
enectutis moleſtias, ſed inter optimos quoque li-
rorum ſtipatores mollem & iucundam efficeret ſene-
tutem. Quorum etiam librorum perpetuo comitatu
amdiu conſtanter vſus eſt, donec oculorum ſenſus
um deſtituere inciperet, atque valetudo ingra-
eſcens fidiſſimos illos ſatellites & miniſtros liqui-
lae voluptatis ſectione publica in hac vrbe a ſe
iuo abſtrahi & vendi iuberet. (*q*) Ita libero
qui-

(*q*) A. CIↃIↃCCL. teſte librorum Indice, in cuius fronte haec no-
anter legebantur: *Catalogus librorum, quibus dum per aetatem &*

Digitized by Google

quidem ab omnibus curarum humanarum negotiis animo, non libero tamen ab vrgentis ſenectutis, grandiorisque aetatis incommodis corpore, in caelibatu ſuo, (nam quod fortunatum alii putant, verum is numquam habuit,) in ſolitudine, ſola patriae tranquillitate, rerum divinarum cogitatione, & recte factorum conſcientia recreatus per biennium fortiter & moderate fortunam ſuam tulit, cum initio alterius & quinquageſimi huius Saeculi anni vnicam bonorum ſuorum heredem, ſororis ſuae filiam, *Neuhuſio* cuidam, ſacrorum in vico *Meyderico*, vrbi *Teutoburgenſi* proximo, Antiſtiti nuptam, cuius videndae ſummo deſiderio afficiebatur, ad ſe e Germanis evocaret. Haec itaque avunculo ſuo non concedens, vt ille ſui videndi cupidior, quam ipſa eius eſſet, tempus aliquod cum eo libentiſſime poſitura *Vianam*, eius ſalutandi cauſa, haud cunctanter venerat. Accidit autem tum quodam die, vt noſter, illa comite, in horto aedibus eius contiguo, ſcipione ſuo nixus, incurvus & reptans potius, quam ambulans, derepente in dextro corporis latere nervorum reſolutione corriperetur, vnde nec ipſe ſe movere, nec lingua, niſi difficulter voces articulatim edere poterat. Quo caſu ſubito percu-

valetudinem dicuit, vſus eſt Carolus Andreas Dukerus, Hiſtor. & Eloqu. in Academ. Traiect. Profeſſ. Emeritus. Trai. Rhen. 1750. 4.

Ilſa eius conſobrina avunculo ſuo ſuaſit, vt praenis voci ſubjectis, quas *Vianae* habebat, aedibus, i lares ſuos, vnde ipſa venerat, ſecum iter ſuſcire ne gravaretur, quo rerum ad valetudinem eius ceſſariarum ſolertior a cognatione coniunctis, iam, vt fieri ſolet, ab extraneis, cura haberi oſſet. Cui dicto libenter audiens noſter, ſellaue vel curuli vel portatili impoſitus, item conucta nave adverſis *Leccae* & *Rheni* fluminum veis vectus, tandem ſub finem aeſtatis, illo, uem dixeram, anno, in vicum *Meydericum*, trius circiter lapidibus a *Rheno-Duisburgo* remotum, bi *Neuhuſius*, eius per affinitatem conſobrinus, Euangelii praeconium faciebat, deferebatur. Sed quem optimum ſenem omni fide, opera, amore, & ſtudio fovere, complectique ſtatuerant proximi, eum, poſt perbreve duorum circiter menſium hospitium, a ſe diſcedentem, & de ſe ſublatum luxerunt. DVKERVS enim noſter levi febricula tactus alterum & octogeſimum agens annum, laboribus & aetate feſſus, vitae ſancte & pie actae ipſis Nonis Novembribus (*r*) finem fecit, adeoque quam, DEO auſpice, in Germania vitam acceperat, eidem ſolo, quam exhalaverat, animam, DEO

(*r*) A. CIↃIↃCCLIIdo.

Digitized by Google

DEO vero, beatioris vitae largitori, animum, perpetuo victurum, reddidit.

Quae cum ita sint, memorabile profecto videri possit, hunc nostrum, qui in consortione gloriosi laboris Academici amicissimum sibi Collegam *Brakenborchium* quatuordecim annis iuniorem, se vero corporis firmitudine & robore maiorem habuerit, eidem tamen quatuor annis diutius supervixisse.

En igitur omnia Vobis, *Auditores*, quae ad vitam DVKERI pertinent, narravi. Iam constituere potestis, an in his proprie quicquam magnopere sit, quod vestrum quemquam in eius admirationem rapere, aut quod non in alios quoscunque, etiam de vulgo, homines, cadere possit? Non, reor, dubitabimini, pleraque haec, similiave, pervagata, notitatisque expertia esse. Nasci enim, sensim paulatimque adolescere, bene vel male educari, hoc illudve genus vitae sequi, munerum, vel casu & gratia saepe nobis, vel sapientia mandatorum, honoribus fungi, matrimonium inire, liberos procreare, caelibes remanere, eleganter vel sordide domi aut foris vestitum esse, excelsa quem, vel iusta, vel humili statura esse, praeterea crassum pinguemque corpore rusticitatem an vrbanitatem prae se ferre, tum aegrotare, cum valetudine in gratiam redire, senescere, grandes interdum natu repueraſcere, &

tan-

Digitized by Google

ndem de vita migrare, omnium promiſcue homi-
um, etiam baronum, & bardorum eſſe poteſt & ſo-
t: quandoquidem ſecundum illud *Chremetis Te-*
ntiani, quod omnes memoria tenetis, *homines*
umus, nihilque humani a nobis alienum eſſe poteſt.
Verumtamen ſublatis corporum exuviis aliud quid-
am in hominibus eximiis quaerimus, quam natalium
el humilitatem, vel mediocritatem, vel ſplendorem,
itoque tranſituram opum, divitiarum, grandiunque
nterdum titulorum vanitatem: immo ſola ingenii
nimique dos eſt, quae viventibus antiquiorem inter
equales exiſtimationis gradum & locum, mortuis
vero famae & celebritatis perennitatem ſpondet at-
que vindicat. Quid igitur? Si ingenii vim ſpecte-
mus, qua tandem eruditi hominis perſona eminuiſſe
noſtrum cenſetis, *Auditores?* nulla alia, inquam,
niſi PHILOLOGI & GRAMMATICI.

At vile hoc abiectumque multis, tremendum & odio-
ſum aliis vulgo videtur nomen. Sunt ſane, qui *Gram-*
maticen, hoc eſt, vt interpretor, *Criticen*, tam-
quam artem ab externa pulchritudine nudam, quae-
ſtus & lucri inaniſſimam, ſterilem, ſiccamve, par-
tim pro inſcitia, partim pro inertia ſua rideant, &
exagitent. Alii, in quibus formularios cuiuscumque
doctrinae cantores numerare liceat, iſtud male omi-
natum ſcientiae genus averſantur, timentque, ne

Digitized by Google

promoto velut Critices ariete opinionum suarum fundamenta non mediocriter labefactata sensimque collapsa videant. Sed neutri profecto illius artium reginae frugiferam indolem & bonitatem norunt. Si enim forma ipsa, & tamquam facies probabilis Critici oculis cerneretur, quin eiusmodi simulacri mirabiles illius sapientiae amores excitari possint, nemo, vt reor, erit, qui ambigat. Quocirca generatim primo in depingenda boni Critici specie periculum faciam, tum eius ipsius studii consultissimum fuisse DVKERVM meum, quam brevissime potero, ostendam. Veri nominis Grammaticus, sive Aristarchus, idem est, qui Dialecticus, & Judex, non istiusmodi proprie rerum, quae ex initiorum necessitate, velut clavis trabalibus, coguntur, (quam quam has quoque attingere potest, sicubi voluntas & occasio tulerit,) sed earum omnium, quas nec creare, nec mutare possumus, quae nostri non sunt arbitrii, quarum verisimiliter definiendarum ratio hinc a casu, longa consuetudine, aetatis vicissitudine, locorum, temporum, & hominum adiunctis, testiumque auctoritate & fide, illinc a linguae, oculorum, aurium, manuum sensu, concinnitatis varietate, dignitate, & venustate, immo corruptelae quoque, pravi consectatrice, infinita denique veri, boni, pulcri, simulacrorum observatione pendet.

Nec

on enim vt cochlea terrigena, & herbigrada in
guſta quadam domuncula abditus latet, ſed qua-
averſum, ſine populi, aetatis, argumentive di-
rimine egreditur. Mox eſt in epicis *Homeri* car-
inibus, mox in tragicis, comicisque *Euripidis*,
el *Ariſtophanis* fabulis hospitatur, mox ad re-
ım auctores *Thucydidem*, *Xenophontem*, *Poly-*
ium, *Diodorum Siculum*, *Plutarchum*, aliosque
miles, animum appellit, mox in conſilium vocat
erioris aevi Grammaticos: a Graecis ad Latinos
ecurrit, modo optimae latinitatis magiſtros, *Te-*
entium, *Caeſarem*, *Ciceronem* ad dicendi ſcri-
endique vſum exemplaria ſibi proponit, modo
pud *Gellium*, *Apuleium*, *Martianum Capellam*,
alios inclinantis ad deformitatem iudicii Scripto-
es, habitat, modo *Virgilium*, *Horatiumve* in de-
ciis habet, neque tamen *Statium*, vel *Claudia-*
um, vel *Auſonium* aliquem repudiat, a *Livio* ad
Ammianum Marcellinum, aliosque interdum ieiu-
nos poſterioris aevi Annales & Commentariolos de-
abitur, neque *Academicarum*, quas pontificia
nedii aevi, ſi Diis placet, ſapientia, invenit,
quatuor Facultatum clauſtra & cancellos per-
fringere extimeſcit. Non enim humanis, ſive,
vt plebs literaria loqui ſolet, profanis ſe duntaxat
Scriptoribus oblectat, ſed divinos quoque appetere,

Digitized by Google

ſecum habere, & tractare debet: Legum & Iu-
rum veterum ſuperſtites tabulas in conſilium voca:
priſcos Medicorum libros ad ſuum pertinere iu-
cium exiſtimat; nec Philoſophorum ſcripta intacta
relinquit, ſed Scholaſticorum ſqualorem intempe
tum & ſordes ipſis adimit: a libris viciſſim ad mo
menta tranſit, quicquid in aere, lapidibus, & gem
mis fictum, pictum, ſcriptum, ſculptum, ſcalpum-
ue erudita ad poſteros dimiſit antiquitas, praete-
rea quicquid alicubi praeclare & ſublime, mediocri-
ter, tenuiter, emendate an vitioſe, vere, an falſo,
apte, inepteque dictum traditumue fuerit, id omne
ſuo in regno, ſuo in peculio eſſe ſibi perſuadet
Grammaticus. Quid plura? Longum enim eſt
perſequi omnia. Tam incredibilis certe ingenio-
rum humanorum acies, vis, & perſpicacia eſſe
poteſt, quanta librorum omnis aevi, & monu-
mentorum copia, in quibus vel recognoſcendis,
vel caſtigandis, apteque illuſtrandis maiori lectio-
nis, iudiciique ſolertia & divinandi ſenſu inte-
no opus eſt, quam ſervum vulgus, Saeculi duta-
taxat opinionibus regi ſolitum, exiſtimat. Imo
qui philoſophiam perfectae Grammaticae tenet,
praeter rationem recte & emendate loquendi ſcri-
bendique, ſatis alioquin late patentem, prope
omnium maximarum artium ſcientiam amplectitur,
fi-

Digitized by Google

cem vbique praefert, caliginem diſpellit, a lucu-
ntis obſcura, a certis ambigua, a veris & an-
quis ſpuria, a genuinis male inſitiva diſtinguit, &
xplanat, verba perperam diſturbata in locum ſuum
vocat, verſus poëtarum carminibus prave illatos
onfodit, vulgo creditas res, temereque arreptas
o aliis merces, tamquam faſtidioſus aedilis, reiicit.
Hinc quaedam ipſi principatus appetitio ineſt, non,
t ſuperbe, regie, & libidinoſe imperet, ſed quod
ihil ſibi ab aliis obtrudi patitur, neminique parere
ult, niſi veri, ſani, recti, & pulcri cubilia ſingu-
ri quadam mentis ſagacitate indaganti, & mon-
ranti.

Uti vero ſimulato ceteroquin Grammatices & li-
erarum obtrectatori, *Senecae*, (s) hactenus aſſen-
o, *Dialecticam* in duas dividenti partes, *in verba*,
t ait, *& ſignificationes*, id eſt, *in res*, *quae di-
untur*, *& vocabula*, *quibus dicuntur*, ita Gram-
natices materiam vel oratione & verbis, vel ſen-
entiis conſtare Vos omnes, puto, dabitis *Audito-
es*. Duplicis vero illius boni aeque indiſſolubile
inculum eſt, atque in ipſo homine *rationis* & *lin-
uae*. Quam vtramque vel *orationis* vel *ſententia-
um* criticen ſi quis mente & exercitatione aſſecu-
us fuerit, quid eſt, quod ille non divinitus efficere,
om-

(s) *Epiſt.* LXXXIX.

omnibusque abſolvere numeris poſſit? In coelum propterea laudibus efferuntur *Scaligeri*, *Caſauboni*, *Salmaſii*, *Lipſii*, *Voſſii*, *Grotii*, eorumdemque nuper vel in *Batavis*, *Anglo-Britannis*, *Germaniſ*ue ſimiles. Attamen non omnibus horum eruditorum ingeniis tam beatam in omnes partes cernendi, ſagaciſſimeque odorandi facultatem inſe- natura, vt ad vtrumque & orationis, ſeu graecae ſeu latinae, & ſententiarum genus illi parem vbique ſenſum olfaciendi, attentiſſimamque cogitationis ſo- lertiam afferant. Aliis paene non quaerentibus ſine mora, ſponte, & vltro ſe offert neceſſaria lectio, & emendatio, ſeu permiſta divellendo, ſeu diſiuncta copulando, ſeu manuum veritatem mirabili facilitate imitando, ſeu alias verborum locutionumve ſimilitudines ſonorum & ſcripturae cauſis repente mutiendo; dum interea rerum aliquantiſper incuriosi evadunt, & reperiuntur. Alii contra res interdum cum rebus, tempora cum temporibus, argumenta cum argumentis, mores cum moribus, libros cum monumentis, & viciſſim, contendunt, in oratione vero & verbis, librariorum ſubinde & artificum aberrationes aut non poſſunt, noluntue pro inſtituto ſuo, aut non magni ſemper intereſſe putant tollere. Habent quidem arctiſſimam inter ſe neceſſitudinem res & verba, neque emendatrix verborum

Digitized by Google

n locutionumque facultas ſine eruditione, hoc
, multiplici rerum, ſeu hiſtoricarum, ſeu poëti-
um, ſeu rhetoricarum, ſeu archaeologicarum
entia eſſe poteſt: neutri tamen alterutros, ſi in
erutra iudicandi forma plus poſſunt, pollentue,
am altera, orationis quippe conſtituendae arbi-
rerum explanatores ignobili & barbaro *Compi-*
orum nomine deformare, aut hi viciſſim illos,
nquam nudos verborum aucupes, vel homines,
tatem in ſyllabarum apicibus conterentes, adun-
ſuſpendere debent naſo. Saepius propterea
lui, fuiſſe, qui *Fulvium* aliquem *Vrſinum*, *Onu-*
rium Panvinium, *Steph. Vinandum Pighium*,
hannem Meurſium, *Antonium Pagium*, *Eze-*
ielem Spanhemium, *Jo. Albertum Fabricium*,
ios eiusmodi praeſtantiſſimos homines vix in Cri-
cis haberi poſſe magno ſupercilio negarent. Etſi
nim hanc coniecturalem divinationis artem cri-
ca ſua, & velut Tenedia ſecuri verbis immit-
enda, aut ſolennibus illis: *Lege meo periculo*,
orrige, *apage vulgatam lectionem*, ſimilibusque
dictorum formulis inculcandis, non vbique oſten-
rint, tamen profecto cordis loco peponem non
abuerunt, nec tam obeſae naris fuerunt, vt, ſi
uid ardui, pravi, vel adulterini in ſententiis, &
erborum cohaerentia iuncturaue ineſſet, ſuis inda-

gare

Digitized by Google

gare & patefacere veſtigiis non poſſent. —— Verum haec nunc conſulto miſſa facio, ne crabrones irritare videar.

Id mihi ſatis erit, perſuadere Vobis, *auditores*, DVKERVM noſtrum ad vtramque humanitatis diſciplinam, quae verborum pariter ac rerum ſcientia, librisque adeo & monumentis veteribus intelligendis maxime continetur, ſtudium ſuum convertiſſe. Primum vniverſe, quid in graecis latinisve potuerit literis, locuples teſtis eſt *Thucycides*, (*t*) & *Florus*, (*u*) vterque ſcriptor, licet ſano narrationis colore valde diſſimilis, ſimulo tamen, polituloque eius iudicio recognitus, & illuſtratus: argumento ſint breves, ſed elegantes eius ad Syllogen *Opuſculorum de Latinitate veterum ICtorum* animadverſiones: certiſſime approbant luculentae eius ad *Livium Drakenborchianum* (*w*) obſervationes: fidem faciant eiusdem ad nonnullas *Ariſtophanis* fabulas, Comicique praeſertim veterem Grammaticum adnotationes: (*x*) non prohibeat credere eius, vt dicitur, *Specimen fe-*

(*t*) *Amſtelaedami.* 1731. fol.

(*u*) *Lugd. Batav.* 1722. iterumque 1744. 8.

(*w*) *Lugd. Bat.* 1738. ſeq. 4.

(*x*) ſive *Notae* in *Ariſtophanis Plutum*, *Nubes*, *Ranas*, & *Equites*, in *Ariſtophane Bergleriano Burmanni* minoris, *Lugd. Bat.* 1760. 4. Tom. II. p. 1187. = 1218.

Digitized by Google

tarum ad Servium (*y*) teſtificentur denique ipſius *Suetonium*, (*z*) *Theophilum Fabroti* latinum, (*z**) *Petiti Leges Atticas*, (*aa*) item *Perizonii Ori-es Babylonicas & Aegyptiacas* (*bb*) Scholia, ie omnia ſubtilius & minutatim commemorare a dicentis perſona, audientium obſervantia, & tidii metus vetat. Deinde quam parem invenire ſſum orationem eius ingenio, quo vtriusque ſer-onis auctoribus ſcienter profuit? Etenim quid us in noſtro laudem, quid noviſſime praedicem, ereo, religioſam membranarum conſultationem us, an ſuſpicandi & coniiciendi opportunitatem? endorum indagationem, & perſpicientiam, an vul-erum, quae locis ſcriptorum inflicta erant, aptam nationem, emendationisque verecundiam? priuae cui-

(*y*) & quidem ad *Eelogas*, & L. I. *Aeneidos*, in *Virgilii Burmannia-*, *Amſtel.* 1746. 4. *Tomo* I. poſt Praefationem p. LXXVII. = LXXXII.

(*z*) inprimis ad Flaviorum vitas in editione *Oudendorpiana*, *Lugd. at.* 1751. 8.

(*z**) quae noviſſimus Theophili interpres *Reitzius*, ſub nomine Edito-s *Leidenſis* ceteris virorum doctorum obſervationibus inſeruit. vid. & nfra (*oo*).

(*aa*) vel potius ad *Antonii Mariae Salvinii Animadverſiones* in *Sam. Petiti Leges Atticas* cenſurae eius in *Miſcellaneis* primum *Obſervationibus* ſub compendariis literarum notis DC vulgatae, Vol. II. Tom. III. p. 440. = 444. Vol. IV. Tom. I. p. 149. = 152. & Tom. II. p. 251. = 261. Vol. V. Tom. II. p. 173. = 191. tum in *Weſſelingiana Petiti* editione, *Lugd. Bat.* 1742. fol. *Salvi-anis* ſubjunctae.

(*bb*) *Trai. Rhen.* 1736. 8.

Digitized by Google

cuique dictionis ſenſum, quo ante imbutus erat, quam ad recenſendum accederet, an eius, quam cum aliis ſimiliter, diſſimiliterve loquentibus contraxerat, familiaritatem, luxuriantisque exemplorum copiae vitationem? In congerenda certe lectionis varietate non incautus, neque tamen ſuperſtitioſus erat, (*cc*) vt quicquid rudis artium Monachus aliquis, praeſertim ſerioris aevi codicum Antiquarius calamo effutierat, de tripode dictum arbitraretur, aut ſequendum duceret. Tametſi enim primaria recenſendi dos membranarum fide regatur, tamen recentioribus, ſi antiquiores adſint libri ſcripti, nonniſi parce atque timide vtendum eſſe integra iudicii quaſi valetudo iubet. neque *vulgatis* editionum *lectionibus*, quas multi inepte crepant, & defendunt, tam ſeviliter obſequebatur, vt earum ſcripturam, ſi opus & neceſſe eſſet, e poſſeſſione quaſi caduca non eliminaret, & loco moveret (*dd*). In exercenda igitur orationis critica, quam *elementariam* proprie & *literatam* (*ee*) nuncupare auſim, ita verſabatur, vt

(*cc*) Puerilis & ridenda fuit accuſatio *Schroederi*, in Praefationis fine ad *Senecam* Tragicum, eum barbare *Varilectionarium Thucydidem* vocantis.

(*dd*) conſilii a *Graevio* in Praefatione ad Ciceronis Officia p. 567. Praef. ed. *Fabric.* dati ſanitatem re & exemplo ſuo approbans.

(*ee*) anguſtiori ſenſu γραμματικὴν, vel *Methodicen*, *Quinctilianeo* exemplo I. *Inſt.* IX. 1.

Digitized by Google

inime ſecurus aliorum placita repeteret, neque men audax & temerarius eſſet, vel meris divina-onibus ſuis plus, quam librorum iuſta aetate riptorum auctoritati, fidens, corrigendi inno-andique prurigine tangeretur, nec quid dicere quis eterum & ſcribere *potuerit*, ſed quid dixerit, ripſeritue, accurata circumſpectione definiret.

Sic in humanitatis rerum, artiumque & doctrina-im cauſis, quam eximia fuerit eius prudentia, bre-iter conſideremus. Quantumvis enim praeſto eſſet iffuſae lectionis copia, vel a mira, quam habebat, nemoriae facultate, vel a divite aduerſariorum pe-u ipſi ſuggeſta, tamen antiquitatis, hiſtoriae, & hiloſophiae locos non vndecunque verboſus corra-it, qui aeque bene apud alium quemcunque, quam hunc, quem interpretandum & illuſtrandum ibi ſumſerat, legi poterant, ſed varietati ſenten-iarum iudicandi ſeveritatem iungebat, ne vanis di-greſſionum ſimulacris ſibi placere, lectorem vero inutiliter fatigare, aut eludere videretur. Vbicun-que vero vel temporum error, vel teſtium diſcor-dia, vel ſuperiorum incuria interpretum tenebras nduxerat, latius diſcuſſis rationibus plura congluti-navit, quibus argumenti cuiusque nubes diſpelli poterant. Quot Faſtorum, Magiſtratuum, rerum-que Romanarum memoriae capitibus lucem affude-

Digitized by Google

rit, quot vetuſtis rebus gratiam novitatis dederit, quot dubiis auctoritatem vindicaverit, quot imprudentius aſſumtis fidem detraxerit, illi ſciunt, qui eius ad *Florum*, & *Livium* inprimis, miniatulas velut ceras inſpexerunt, adeo, vt ſi quis hinc inde ſparſos & disiectos eius flores, monitiones, & praecepta ſigillatim colligere in animum induceret, haud gracile poſt *Perizonium* Animadversionum Hiſtoricarum eius corpuſculum effecturus eſſet. Quid igitur erit, quod miremini, *Auditores*, a duobus laudatiſſimis viris *Drakenborchio*, & *Oudendorpio*, ab illo quippe *rariorem* eius *eruditionem*, *& exquiſitum iudicium*, (ff) ab hoc *profundiſſimam* eius *doctrinam*, *perſpicaciſſimum ingenium*, *& ſubactiſſimum iudicium*, tamquam virtutes ingenii eius *litterato orbi notiſſimas* (gg) vno ore laudari potuiſſe? Sane pauca ſive in ſermonis graeci latinive latifundiis, ſive in artium curriculis tam abdita fuerunt, quae ipſum laterent, aut quae omnibus numeris expleta cumulataque non haberet. Non vereor libros eius luce publica donatos liquere anteſtari: ſaepius in oculis fero eius castigationes, ab ipſo adhuc ſuperſtite mihi olim indultas, in quibus titulorum graecorum, ad ſe ex Aſia alla-

(ff) in praefatione ad *Livium*, Tom. VII. p. LXX.
(gg) in Praefatione ad *Suetonium*, ** 4.

Digitized by Google

latorum (*bb*) maculas eluerat: nec minori fiducia ad
on paucas etiamnunc reſiduas eius ſchedas provo-
rem, ſi per obvallatam difficilemque aditu ſcrinio-
um *Roëllianorum* (*ii*) viam has mihi inſpicere li-
uiſſet, aut libri eius, quorum orae & margini mul-
ille frequenter alleverat, non ad hos illosve em-
onis iure migraſſent dominos. (*kk*)

Ce-

(*bb*) Quos ipſos marmorum titulos ſatis corrupte edidit *Fr. Heſſe-us*, in ſua Praefationis farragine ad *Gudii Inſcriptiones*, *** = Stell. 8. oi minus latine, *in anteceſſum*, ait, *dabo faſciculum inſcriptionum, uas mecum benigne communicavit* Carolus Andreas Dukerus, *in cademia Trajectenſi hiſtoriarum atque eloqventiae Profeſſor Ordina-ius, vir adprime eruditus: cui plerasque omnes miſerant* Juſtinus e Hochepied, *vir nobilis, Conſul noſtras apud Smyrnaeos*, & Her-annus van der Horſt, *Theologus, vir egregie doctus, & tunc a ſacris oſtratium, qui Smyrnae negotiantur. Is ibi antiqvitatis fata ſcru-atus eſt circumcirca.* Nuper ex Aſia remigravit huc *viciniae; quippe* ccleſiaſtes Jutfaeſienſis *captus, poſt* Schoonhovienſis..... *Nunc fa-ciculum illum inſcriptionum* a Dukero *oblatum repraeſentabo.* —— Mox Stell. 8. opiſtogr. *monumenta libertorum & ſervorum domus Auguſti detecta ſunt: quae ... a ſe deſcripta Georgius Waddel.... um* Dukero *noſtro communicavit; & ille mecum.* Et tanden Stell. 9. *uper his*, inquit, *inſcriptionibus Graecis Latinisque notavit non pau-a* Dukerus....,

(*ii*) Cf. *Onomaſt.* Part. VI. p. 268.

(*kk*) Sic, ne quid dicam de pluribns aliis aliorſum diſtractis, *Ani-nadverſiones ad Notas Brencmanni in Pandectas, Volumen*, vt dici-ur, *in 4to Cl. Dukeri manu conſcriptum* habuit illuſtr. *Byncker shoe-kius.* (v. *Catal. Bibliothecae Corn. van Bynckersboek, Hagae Comi-tum* 1743. 8. n. xx. p. 221. & *Nov. Act. Erud.* 1744. Januar. p. 48.) *Dukeri notae MSS. ineditae ad Catullum & Ariſtaenetum* fuerunt

Digitized by Google

Ceterum quae duplex orationis & sententiarum intelligentiae dos Critici personam commendat, eadem quoque legitimum inprimis Rhetorem a dicentium, verius differentium hodie, vulgo longissime segregat. DVKERVS noster vtriusque boni particeps ad inveniendum quidem habilis, aptusque, & in eloquendo facilis, incorrupte latinus, & nervosus reperiebatur: verum exterior & theatralis eloquentiae corporis, Graecorum ore ὑποκρισις, qua tamen paene sola latine infantissimi quique non raro scriptores hodie & iudices omnem vim & facultatem oratoriam aestimant, ea sane ipsi defuisse videtur. Etenim vox eius minime canora & flexibilis, sed summissa & remissis,

penes *P. Burmannum*, minorem, (v. *Catal. Cod. MSS.* Quarto n. 2449) Eodem pacto *Pomponius Mela*, *cum scholiis Olivarii & castigationibus Hermolai Barbari*, Basil. 1536. collatus cum veteribus editionibus, (*Catal. Dukeri* Octavo. n. 382. 384) *Aeliani Var. Historiae*, vbi in margine multa annotata erant (Cat. *Dukeri* Octavo. n. 456.) *Kippingii Antiquitates Romanae*, *Franequ.* 1684. cum annot. MSS. (Ibidem. *octavo.* n. 1068.) *Franc. Hotomanni Index Legum Romanarum Basil.* 1558. cum MSS. (Ibidem Octavo. n. 1075.) *Homerici Centones. Probae Falconiae Cento Virgilianus* cum codice Duisburgensi collatus, (Ibidem, *Duodecimo*, n. 193.) *Virgilii Georgica*, cum MS. collata, (Ibidem *Duodecimo*. n. 206.) *Figurius de Idiotismis linguae Graecae cum annot.* MSS. (Ibidem *Duodecimo* n. 304.) ad *P. Burmannum*, minorem, indicio *Catalogi eius Codicum Manuscriptorum* p. 46. n. 3822. p. 42. n. 3726. p. 60. n. 4167. p. 61. n. 4180. p. 63. n. 700. p. 65. n. 744. & p. 81. n. 818. pervenerunt, ab eoque ad alios, nescio quos.

Digitized by Google

iis, lingua blaesa, vultus, status, gestusque modetio, gravis quidem & decora, sed non omnium enustissima, quaeve mulierculis placere possit, ipsum ultis vulgo sic decantatis, blandisue ad clepsyram declamatoribus palmam dare iussit.

Satis iam dictum arbitror de DVKERI nostri ingenio, & eruditione, reliquum est, vt animi eius, & morum imaginem reddam.

Morosus & ingratus erga Grammaticos, a quibus ot eloquentiae suae bona acceperat, fuit *Seneca*, cum *liberalium artium consectationem molestos, verbosos, intempestivos, sibi placentes facere, & deo non discentes necessaria, quia supervacua didicerint*, (*ll*) criminaretur. Sint sane, fuerintque & nunc & olim in Grammaticis, sive Criticis, nonnulli, qui in mustaceo laureolam quaererent, omnis censurae impatientes, rixosi, & feroces essent, num propterea inhumanitas quorumdam & feritas, artis divinae, aut vniversi Criticorum nominis dignitati infamiae labem aspergere possit? Aeque profecto minus, atque Theologiae & Theologis, impiorum, fanaticorumue hominum, Jurisprudentiae aut Iurisconsultis, rabularum, aut circulatorum, vel arti Medicae, Mediciue, Empiricorum stupor invidiam faciat. Immo vero gratulor bonis literis, nul-

(*ll*) *Epist.* LXXXVIII.

Digitized by Google

nullo tempore defuiſſe Criticos, qui artium humanitatem vitae & morum vrbanitate elegantiaque imitando exprimerent. Si qui alii, DVKERVS certe noſter loci illius, qui e maxime disiunctis & contrariis conflatur, non modo teſtis, ſed etiam interpres haec claſſicus, quamquam faciem eius in tabula depictam cum videas, tam inſignis pretii, tantarumque animadotium hominem fuiſſe vix credideris. Vnde ſtatim diſcere liceat, non omni exceptione maiores eſſe animi coniecturas, quas toties hodie iactatae, noſtrisque demum temporibus, vt falſo ſibi perſuadent, cognitae, Phyſiognomiae patroni de oris lineamentorum conformatione facere conantur. Faciei quidem eius ſtatus & conditio nihil admodum excelſi, nihil magni promittit: oculi paululum compreſſi, non admodum vegeti, ſed torpentes, & languidi hominem luſcioſum, ingeniumque ſublimitatis & acuminis expers indicare videntur: in iisdem tamen emicat aliquid ſcintillulae, quaſi argute meditantis motum, notamque praeferentis. Si quae ineſt in vultu gracilitas, triſtiorque ſeueritas, eam haud dubie vel exilior ipſius corporis habitus, vel dorſi, quod ſaepius ipſi dolebat, angores intulerant, quem morbum, a renibus profectum, ſedendi olim, intenſiusque cogitandi pertinacia ſibi contraxerat. Vnde poſtea non tam ſedens, quam ſtans, in *literas in-*

cu-

buit, horisque pomeridianis ambulando illius inmitatis moleſtiam depellere ſtuduit. Ex tota vero iaginis circumſcriptione neſcio quae ſecuritas animi cum vacuitate aegritudinis, & ſerenitas, recti onſcientiae, aequabilitatis, manſuetudinis, & tranuillitatis nuncia perlucet. Nemo certe lenior & plabilior DVKERO noſtro fuit. Si quae paulo aſperius dicta ipſi vel in *Laurentium Begerum*, (*mm*) el *Johannem Gasparem Schroederum*, ludimagirum primo Traiectinum, poſtea Delfenſem, (*nn*) c tandem in hiſtoriae diſcendae garrulum diſſuaſoem exciderant, ea potius ſanum *Graevii* de *Floro* udicium identidem cavillantis indignationi, vel iutis bonae famae vindiciis, vel literarum in hac Acalemia regundarum ſtudiis condonanda, quam vlli naledicentiae vitio tribuenda eſſe arbitror. Repeiebatur enim tum, (vtinam non alius ſimilis, alio empore!) qui ſcholis hiſtoricis inſidiaturus hanc pinionem, *Hiſtoria non valde opus eſſe*, neque *Hiſtoriam in Academiis diſci poſſe*, inter Academicos

(*mm*) in Praefatione ad *Florum* * 3. = **2. & ad plura *Flori* loca, in quibus eum iudicii corruptelae convicit.

(*nn*) in Praefatione ad *Thucydidem* ***. it. ***** 2. = ** ** ** Non vero *Dukerus* eum prior laeſerat, ſed atrociter laeſus in Praefatione ad *Senecam Tragicum* *** 4. & in *Vindiciis Notarum ad Senecae Tragoedias* p. 8. 9. a ſe iniuriam depulerat.

Digitized by Google

cos clanculum diſſeminaret. Cuiusmodi vox ſi *Fabris*, aut *Oſco* quodam in oppido audita fuiſſet, in neutram partem valuiſſet, contemtuque negligi potuiſſet; ſed in noſtra vrbe, elegantiſſimis hominibus affluenti, & in hac Academia, quae ſemper Heliconiae, & bonarum literarum ſchola eſt habita, eiusmodi ad populum phaleras, & fabellas, quibus credula, & ad ignaviam prona interdum iuventus inescari poſſet, ore effundi, id mitiſſimi ingenii virum bilem movit, difficileque ipſi fuit ſatiram non scribere, vel ſaltem ſcribentibus irriſionis quosdam locos non ſuggerere. Dignus autem erat ille censor vitio creatus, qui poenas intelligentibus daret, cuiusque peccata, in veteris hiſtoriae literis passim commiſſa, exploderentur. (*oo*). Ceteroquin nemo aequalium fuit, quem non debita humanitatis obſervantia *Dukerus* proſequeretur. Vt taceam *Iſaacum Caſaubonum*, *Jo. Frider. Gronovium*, *Nicolaum Heinſium*, *Io. Georg. Graevium*, *Iac. Per-*

Sy-

(*oo*) Infucata vero & occulta forſitan huius ipſius erga *Dukerum* malivolentia in cauſa fuit, quare Animadverſiones ad *Doctissimos Theophili*, a *Fabroto* latine redditi, editionem *Parisiis* 1681. 12. quae extant poſt *Admonitionem ad Lectorem* in *Juſtiniani Inſtitutiones*, & *Theophili Paraphraſeos verſione Latina*, *Lugd. Batav.* 1733. 8. non *Dukero* noſtro, ſed *Schultingio* tribueret. vid. omnino Praefatio *G. O. Reitzii* ad *Theophilum*, §. 18. p. XVI.

Digitized by Google

rim, & alios, quos, patrum aetas tulit, ipſe-
e omnes venerebatur, ſuae potiſſimum aetatis *Pe-*
um Burmannum, maiorem, *Bentleium*, *Hem-*
rhuſium, (*pp*) *Henr. Brencmannum* (*qq*) *Dra-*
nborchium magni faciebat: ſumma teneritudine
imi Collegas, (*rr*) cives, familiares, diſcipulos
mplectebatur: ipſe non de ſe grandiloquus, nec
inae gloriationis affectator, nec arrogans alios prae
contemnebat, nimis interdum verecunde, & te-
iiter de ſe iudicabat: adhaec ſemper hilari animo
promto ad iocandum, facetusque ſine aculeo &
urrilitate ſales amabat: (*ss*) immo ſine temporis
ilatione officioſus erat, comis, benignus, facilis
osque ſimulato quodam animi receſſu, aut com-
modi

(*pp*) non vno argumento Praefationis *Thucydideae*, vbi *Hemſter-*
uſianam obſervationem laudavit *****.

(*qq*) v. eum ad Flori Prooemium L. 1. §. 3.

(*rr*) Eumque viciſſim *vnicuique Collegarum egregie carum* fuiſſe
ectorum noſtrorum tabulae loquuntur.

(*ss*) Nemo certius & verius indolem ſuam deſcribere poterat,
quam ipſe *Dukerus* fecit in Praefatione ad *Thucydidem*, ** ** ita de
e iam A. 1721. ſcribens: *Mihi vitae morumque meorum ratio ſatis*
onſtat ..... Non multo minus quadraginta annos *in diverſis huius*
Belgii locis vixi, & cum multis omnium ordinum hominibus verſa-
us ſum. Hi fortaſſis hilariores nonnullos ſermones meos, & innoxios
ocos *audiverunt; qui impium vllum aut nequam factum dictumve*
neum ſe vidiſſe, vel audiviſſe, aut dolos ac fraudes meas expertum
iſſe dicturus ſit, futurum puto, niſi qui mentiri volet, neminem.

Digitized by Google

modi aviditate: denique laudis quidem ſtudio te-nebatur, ſed ab invidiae, iracundiae & vindictae, quae omnia ferarum & belluarum vitia eſſe *iure* arbitrabatur, (*tt*) libidine abhorruit. Praeterea cum caelebs eſſet, diceretis, *Auditores*, eum pe-rorum, adoleſcentumque ingenuorum ad ſe adi-& ſermones ſubmoleſte, & faſtidioſius laturum fuiſſe. Immo vero cum iisdem, praeſertim diſci-pulis ſuis, vti olim *Socrates*, vtiliter confabulaba-tur, honeſte iocabatur, ſi quos erecti ingenii, & vltra vulgus ſapere auſuros offenderat tirones, eos-dem ad legendos veteres, ſcribendumque, horta-batur, & impellebat, adeo, vt ipſi iuvenes hunc liberaliter ſeverum ſenem aequalibus ſuis in familia-ritate anteponere viderentur.

Quod reliquum eſt, nam ne hoc quidem omiſerim, in Croeſorum profecto numero & cenſu haberi non poterat. Ipſe hunc maxime divitiis affluere exiſti-mavit, qui divitiis minime indigebat, divitiarum-que virtutem primam, *quod neceſſe eſt*, proximam, *quod ſatis eſt*, habere putavit.

Dubitatisne nunc, *Auditores*, talem virum mox

in-

(*tt*) Qui ita animo affecti ſunt, eos θηρίων imperio teneri ait, in Praefatione ad *Thucydidem*, loco iam laudato.

Digitized by Google

tegritate vitae non minus, quam eruditione con-
icuum, (*vv*) mox *integerrimum*, (*ww*) mox
morum optimum, (*xx*) mox *optimum ſenem*, (*yy*)
ncordibus aequalium ſuffragiis dici meruiſſe, mox
tegritatem eius, *fidem*, *ſapientiam*, *atque ad-*
irabilem doctrinam (*zz*) alicubi ſummo iure &
x vero laudatam fuiſſe?

Ecquis ſigillatim quoque *Veſtrum* eſt, o generoſi
uius *Academiae cives!* quotquot habetis incoctum
ectus honeſto, patriae olim, & ſacri Chriſtianorum
ultus vel gubernatores, vel defenſores, quem non
iovere debeat excellentis huius hominis non ad in-
iendum modo, ſed ad imitandum quoque propo-
ita imago? Scio equidem non omnibus vel a na-
ura, vel fortuna iſtud datum eſſe boni, vt Critici
iomen, dignitatemque aſſequamur, ſed idem tamen
:go contendere auſim, maximo laborandum eſſe
ſtu-

(*vv*) in *Actis Eruditor. Lipſienſibus*, A. 1728. p. 449.

(*ww*) a Celeb. noſtro *Ooſterdyckio*, in *Oratione funebri in obitum A. Drakenborchii*, p. 41.

(*xx*) a ſpectatae fidei auctore *A. Drakenborchio*, in Praefatione ad *Livium*, Tom. VII. p. LXX.

(*yy*) a *Franc. Oudendorpio* V. C. in Praefatione ad *Suetonium* ** 4.

(*zz*) in *Henr. Cannegieteri* Epiſtola ad *Dukerum*, *Reſcriptis Boxhornio* praemiſſa.

Digitized by Google

ſtudio, ne vbubi apud Vos Philologiae deſide-
rium ſit, ſine qua liberaliſſima animadverſione in
reliquis cuiuscunque ordinis & formulae doctri-
nis nihil praeclarum, nihil ſingulare poteſt emi-
nere. Veſtras igitur obdurate aures ad illas Sire-
levitatis & deſidiae patronarum, ſuamque pot-
quam veſtram vtilitatem quaerentium, cantus, q-
bus mox ſcholae graecae latinaeque pumice ari-
res infamantur, mox hiſtoriae vniverſitas, vt inna-
vigabilis Oceanus, ſubdole diſſuadetur, mox elo-
quentiae dotes, vt verborum & floſculorum ubert-
pia, imperitiſſime deſpiciuntur. Immo aliud prae-
ſtantiſſimi olim Rhetoris (*aaa*) graviſſime dictum
veſtras circumſonet aures, quod noſtis me crebris
vſurpare ſermonibus, *Grammatices amorem &*
vſum lectionis non ſcholarum temporibus, ſed vi-
tae ſpatio terminari, memineritisque ſimul ve-
lim, nullam artium ſcientiam ſui contemtionem
certius, & acrius per totum vitae curſum vlciſci &
vindicare, quam literas. Intelligere mihi videor ex
vultu veſtro, & aſſenſione, *Commilitiones Suavi-*
ſimi, ignieulis huius ſapientiae Vobis incaleſcere
animos. nec immerito. Veſtra enim cauſa a *Ma-*
giſtratibus noſtris omnia parantur ſubſidia, quot-
quot

(*aaa*) *Quinctiliani*, I. *Inſtit. Orat.* VIII. 12.

Digitized by Google

ıot ſenſum veri & pulcri adiuvare & nutrire pos-
nt, diligentiſſime ſcilicet providentibus, ne vllo
artium & doctrinarum genere adminicula vobis
ɔſint.

Etenim haec profecto ſplendidiſſimi ordinis veſtri,
ONSULES & SENATORES Ampliſſimi, laus,
: propenſio animi in literarum ſcientiam inde ab
.cademiae noſtrae originibus fuit, vt nullis ſumti-
ıs, nullis vigiliis, curaeve parceret, quin, vt
aec bonae mentis palaeſtra aliis ſimilibus vel par
ſſet, vel praeſtaret, liberaliter efficeretur. Ex
uo munificentiae tamquam fonte manarunt tot man-
ırae celebritatis ornamenta, tot ingenioſi doctri-
ıarum auctores, tam praeclara incorruptae erudi-
ionis exempla, in quibus *Veſtrum*, etſi non pari
ıonoris gradu, tamen inſtitutionis, & praecepto-
ıum neceſſitudine, dignitateque, *Veſtrum*, inquam,
)VKERUM, a me coram Vobis cognitoribus,
ıoc clepſydrae ſpatio laudatum, quin lubenter
ıumerare velitis, neutiquam dubitare licet. Ne-
que etiamnunc *Veſtrae* erga Academiam, & Aca-
demicos doctores benivolentiae, cuius ipſe te-
ſtis ſum, ardor & ſtudium refrixit. *Veſtra* certe
auctoritate, & praeſidio ſuffultus, per ſeptem nunc,
& quod excurrit, luſtra bonas literas in hac inge-
nuarum artium officina docui: *Veſtra* etiam inuſitata

ar-

Digitized by Google

arbitrii gratia mihi contigit, vt ſuperiori, qui nunc effluxit, anno, Academiae rectionem, antiquioris huius praerogativa ſorte ad me tertium reverſam, administrandi non interruptam haberem facultatem. eam vero cum prolixa grati animi, quem hodie anteſtor, pietate *Vobis* reddam, iſtud *Vobis* eam atque etiam perſuadeatis velim, vti a me ſemper cautum eſſe memini, ſic in poſterum ſummo cautum iri opere, ne aliis, ſive integritate beneficiorum memoris animi, ſive idonea veri & recti fimum obſervantia, ſive candida legum obſequii fide, literarumque tuendarum religione me ceſſiſſe, aut cedere vnquam voluiſſe exiſtimari poſſit. Ineа quoniam hac mihi muneris provincia exemplo decedenti, ſuccedere iuſtiſtis Clariſſimum *Bu-dam*, eum ipſum, paulo ante per *Duumviros* Ampliſſimos nobis in conclavi Senatus nunciatum, Academiae Rectorem publice & ſolenniter renuncio. — — Adesdum itaque, recens create, iterumque mihi, non ſine exemplo, ſuffecte Rector Magnifice, hanc magiſterii ſellam a me vacuefactam occupa: — — eamdemque fac ita teneas, vt proximus hic annus tua cum privata voluptate, multiplicique commodorum fructu eat, & circumvolvatur feliciter! — —

Digitized by Google

TV vero ſuppliciter adorandum DEI Numen
is omnibus volens propitiumque adſis precor.
mpublicam inteſtinis motibus diſtractam lacera-
ique ſtabili reparatione temporum, manſuris-
e in veſtigio ſuo allevationis fundamentis ſiſti
corroborari iube! Tuere illuſtriſſimos Patriae no-
ae OPTIMATES! Salvum ſoſpitemque praeſta
reniſſimum PRINCIPEM ARAUSIACO-NAS-
AVIUM, *hereditarium* ſeptemplicis Bataviae ter-
& mari PRAETOREM, vna cum REGIA ip-
is CONIUGE, & vniverſa celſiſſimae domus
OBOLE! Omnibus conſiliorum, concordiae,
pum, pacisque opportunitatibus vrbis noſtrae MA-
ISTRATVS bea! ipſam Metropolin & Academiam
efove, nec patere, vt alterutra vel malivolorum ho-
minum iniquitate, vel fortunae malo quicquam de-
rimenti capiat! Ita ſperamus, ita vovemus, ita
on adumbratam, ſed ſolidam expreſſamque felici-
ntis vſuram nanciſcemur, & laetabimur.

Quo recitato precationis carmine, *Auditores* val-
le honorandi, quantumvis proprie non dicamus ho-
lie, tamen multorum aliorum more, & exemplo, in-
veteratam & ſolennem illam *Vobis* occentare liceat
cantilenam:

D I X I.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google